ex alijs eī causis inascitᷣ albedo niui. τ ex alijs causis dētibus τc̄.

Ar Illud qd̄ inest spēi cōuenit oīb⁹ indiuiduis illi⁹ spēi. ꝗ p h ꝙ ppriū
ꝑ mō inest soli spēi etiā ierit oī indiuiduo illi⁹ spēi. Ań̄s pbatᷣ p sile
qꝛ aīal inest hoī τ oīb⁹ indiuiduis hoīs. Dicēdū ꝙ illud qd̄ inest essenti
aliter τ nccārio spēi etiā inest oī indiuiduo illi⁹ spēi. ꝫ nō oꝫ de illo qd iest
accn̄talr. ꝫ ppriū ꝑ mō accn̄talr inest spēi. vn̄ duplr aliqd cōuenit supiori.
vno mō accn̄talr: τ tale cōuenit cuilibet cōtento sub ipo. Alio modo con-
tingentᷣ τ accn̄talr. τ tale nō oꝫ cuilibet inferiori ꝯuenire maxime qn̄ ꝯseqͥt

Ar Medicū esse nō cōuenit soli hoī pn̄cipia spēi libē τ cōtingenter.
ꝗ nō est ppriū ꝑ mō. Ań̄s pbatᷣ duplr. Primo qꝛ ꝯuenit angelis. s.
raphaeli. sicut ptꝫ in hoc metro. Mich. pax diuna. ga. fortis. ra. medicina.
Scd̄o pbatᷣ. qꝛ cōuenit etiā canib⁹ vtꝫ in his ꝟsib⁹. Cōditōe bona sūt i ce
ne bis duo dona. Est lingua medic⁹: dn̄oq3 fidelis amicus. Sentit odora
tu: fugit ei⁹ latro latratu. Dicendū ad primū ꝙ dn̄ter angelus τ hō sunt
medici. nā angel⁹ ē medic⁹: qꝛ habet scientiā medicinalē cōcreatā: ꝫ hoīes
sūt medici: qꝛ hn̄t scientiā medicinalē p studiū τ laborē acqͥsitaꝫ. Ad scd̄m
dicitᷣ ꝙ canis ē medicus ꝫm ptē. scꝫ ꝫm linguā. τ ꝗ nō seqͥtᷣ. canis ē medi-
cus ꝫm linguā: ꝗ est medicus. qꝛ ibi arguitᷣ a dicto ꝫm qd ad dictū simplr.
Etiā canis ꝫm linguā ē medicus naturalis: ꝫ nō artificialis. qꝛ nō ab arte
medicine que acqͥritᷣ p studiū τ laborē: ꝫ cōuenit canib⁹ a natura tm̄. qꝛ ca
nis est aīal colericū. τ ꝗ habet linguā siccaꝫ. τ qꝛ lingua ei⁹ sicca ē lambit τ
extrahit prauos humores. qbus abstractis fit conglutinatio laterū illoꝝ
vulnerum τ sanantᷣ.

Ar Omēs hoīes naturalr scire desiderāt. vt dicitᷣ ꝑ meth. ꝗ esse medi-
cū cōuenit omi hoī. tenet ꝯn̄a qꝛ medicīa ē sciētia. Dicēdū ꝙ oēs

hoies bñ sũt medici aptitudine ɀ nõ actu. ß eẽ medicũ vt ẽ ꝓpriũ ꝑ mõ nõ debet dicẽ aptitudinẽ ß actũ. sicut etiã dicebat̃ de ħ qð ẽ eẽ grãmaticũ.

Ar Ois hõ est aptitudine medicus. ğ ois hõ est medic⁹. cõsequẽt a ꝓ baẗ ꝑ silẽ. qꝛ oĩs hõ est aptitudine risibilis. ğ omĩs hõ ẽ risibilis bene sequiẗ. Dicendũ ꝙ nõ est silẽ. qꝛ illa q̃ sunt ꝓpria primo mõ sunt ĩ prima spẽ qualitatis. ß illa q̃ sunt in prima spẽ q̃litat̃ dicũt actũ. ɀ nõ possunt sua subiecta denoĩare nisi actu insint. illa xo que sũt in scð̃a spẽ q̃litatis dicũt aptitudinẽ. ɀ ğ talia ꝓpria denoĩant sua subiecta cũ aptitudine.

Scðo mõ diciẗ ꝓpriũ. qð inest oĩ ɀ nõ soli. vt eẽ bipede inest omĩ hoĩ ɀ nõ soli. qꝛ etiã inest auibus.

Hic ponit scðm modũ ꝓprij dicẽs. ꝓpriũ scðo mõ ẽ qð cõuenit oĩ ß nõ soli. vt esse bipedez. Rõ. qꝛ tale ꝓpriũ fluit ex principijs cõib⁹ diuersaꝝ speꝝ necessario. ɀ ꝑ ħ ꝙ fluit ex p̃ncipijs cõib⁹. sic nõ cõuenit soli. ß ꝑ ħ ꝙ fluit ex illis necessario. sic cõuenit oĩ. Sicut exẽpli grã. esse bipedẽ seq̃t formã rei. q̃ neccio exigit talẽ dispositionẽ ad ħ ꝙ exerceat suas opatões. s. ꝙ gradiat̃. ɀ qꝛ nõ solũ forma vni⁹ spẽi. vt hoĩs reqrit talẽ dispõem: ß etiã plẽs alie. vt auiũ. ideo esse bipedẽ nõ solũ cõuenit hoĩ. ß etiã auibus.

Ar Esse aĩal cõuenit omĩ hoĩ ɀ nõ soli. ğ ẽ ꝓpriũ scðo mõ. Dõm ꝙ hoc xbũ cõuenit in ꝓposito tñ valet sic̃ accidit in signũ cui⁹ Por. dic̃ ꝓpriũ scðo mõ ẽ qð accidit oĩ. ß aĩal nõ accidit hoĩ eo ꝙ est ð essentia eius ɀ ğ nõ est ꝓpriũ scðo mõ. Uel põt dici ꝙ aliq̃d cõuenit alteri dupl̃r. vno mõ essential̃r. alio mõ acc̃ital̃r. Uñ q̃uis omĩ homĩ cõueniat aĩal essentialiter non tñ accidentaliter sicut hic accipiẗ.

Ar Ultima dĩa spei nõ accidit spẽi. ß bipes est vltima dĩa spẽi. s. hoĩs. ğ nõ accidit hoĩ. Minoꝛ ꝑꝫ sic diffiniẽdo hoiem. Hõ ẽ aĩal gressibile bipes. Dicendũ ꝙ bipes bene poniẗ in diffinitione descriptiua hoĩs. ß nõ quidditatiua ɀ essentiali. Etiã bipes poniẗ loco dĩe ad circũloquendum cũ alijs particulis dĩam ꝓpriã hoĩs. ß non est dĩa ꝓpria.

Ar Esse bipedẽ nõ cõuenit omĩ hoĩ. ğ nõ est ꝓpriũ scðo mõ. Añcedens ꝓbaẗ. qꝛ aliq̃ hoĩes sꝫ trũcati vno pede. Dicẽdũ q̃uis oẽs hoĩes nõ habeãt duos pedes actu. tñ bñ aptitudine. qꝛ aẽs hoĩes apti nati sunt habere duos pedes ß hic capiẗ esse bipedez vt dicit aptitudinẽ. qꝛ idẽ est qð aptũ natũ hr̃e duos pedes. ɀ sic hõ qui nõ habet pedes ẽ bipes.

☞ Et qñ replicaẗ. oẽs hoĩes nõ hñt aptitudine duos pedes. ꝓbaẗ. qꝛ aliq̃ sũt hoĩes habentes vnũ pedẽ. vt sunt monopedes. Dicendũ ꝙ si sũt talia aĩalia vt depinguntẗ tũc nõ sunt hoĩes: qꝛ hõ est aĩal gressibile bipes. cõstat aũt ꝙ hõ vno pede non gradiẗ.

Tercio modo diciẗ ꝓpriũ. qð inest omĩ soli ß nõ sp. vt canescere inest omĩ hoĩ ɀ soli. sed nõ semꝑ: qꝛ solũ inest homini in senectute.

Hic ponit terciã acceptionẽ ꝓprij dicẽs. Propriũ tercio mõ diciẗ qð inest oĩ soli. ß non sp. vt canescere. Rõ. qꝛ tale ꝓpriuz fluit ex p̃ncipijs essentialib⁹ spẽi. nõ sƀ q̃cũq̧ dispõe. sed certa ɀ determinata ꝑ hoc ꝙ fluit ex p̃ncipijs essentialib⁹, sic cõuenit soli ɀ omĩ. sed qꝛ sub certa dispõe ex illis flu

it nõ semp inest. qr illa principia nõ sunt semp sub illa terminata dispositi/one. sicut ptz de canicie que solũ inest tpe senectutis.

Q Utrum canescere sit ꝓpriũ tercio mõ. aut canescere in senectute. Di cendũ ꝙ canescere. sed canescere in senectute sp cõuenit hoi in se/nectute. ꝛ ꝭ ꝭm modũ est ꝓpriũ qrto mõ. lz nõ ꝭm rem. qr ꝓpriũ qrto mõ ẽ qd fluit ex principijs spẽi: ꝭ canescere fluit ex principijs indiuidui. Et cãt canities ex frigiditate cerebri. eo ꝙ cerebꝝ de se est frigidissimũ cui⁹ frigi/ditas in iuuẽtute tpaẗ p calorẽ cordis. ꝛ qr in senectute calor naturalis d̃bilitaẗ nec sufficit tpare frigiditatẽ eius. a q̃ causanẗ albi pili.

Ar Canescere nõ ꝯuenit iohanni in iuuentute ꝛ iohãnes est hõ. ꝭ cane scere nõ cõuenit omĩ hoi. Dicendũ licet canescere nõ ꝯueiat actu aliter Johãni tñ bene aptitudinalr. ꝭ cõuenit. hic debet dicere aptitudinẽ Et qñ replicaẗ. si cõuenit dicat aptitudinẽ. tũc male diciẗ in textu. ꝛ non sp. Probaẗ. qr canescere cõuenit sp hoi aptitudinalr. Dicẽdũ ꝙ cõueit p ut dicit aptitudinẽ debet cõstrui cũ omĩ ꝛ soli. ꝛ nõ cũ illo cõplexo ꝛ nõ sp.

Ar Canescere nõ cõuenit soli. pbaẗ: qr etiã cõuenit canib⁹ ꝛ lupis. cũ canescere nihil aliud sit ꝙ acqrere griseos vel albos crines. q̃s ipi hñt. Dõm ꝙ ꝓprie loqñdo canes ꝛ lupi nõ canescũt: ꝭ magꝭ grisescũt. vñ est dĩa inter canescere ꝛ grisescẽ. qr canescere ꝓuenit ex humido cerebri in digesto. sed grisescere ꝓuenit ex humoribus grossis toti⁹ corpis. ꝛ ꝭ lupi p totũ corpus grisescunt. ꝛ hoĩes solũ in capite canescũt. Etiã grisescere nõ determinat sibi certã spẽm. sed canescere determinat sibi spẽꝫ humanam.

Ar Canescere cõuenit hoibus in iuuẽtute. pbaẗ. qr ocularr̃ videmus ꝙ aliqui hoĩes in iuuentute canescunt. Dicendũ ꝙ duplex est cani cies. scꝫ naturalis ꝛ preter naturã. Unde aliq̃s bñ põt canescere in iuuẽtu te nõ nalr̃: sed ꝑter naturã ꝓpter aliquã certã causaꝫ. Et sũt tres cause ꝙ ali qui hoĩes in iuuẽtute canescunt. Prima est magna sollicitudo ꝛ cura. vñ ꝟsus. Cura facit canos q̃uis hõ nesciat annos. Et silr̃ dicit Boeti⁹ in de cõsolatõe phie libro p̃. Uenit em̃ ꝓperata malis inopina senect⁹. Et dolor etatẽ iussit inesse suã. Scõa causa est notabilis vulneratio ꝛ lesio capitis. qr ꝓpter recessum caliditatis q̃ fit ex nimia vulneratõne hõ in iuuẽtute ca nescit. Tercia est ꝓpter maliciã cõplexionis. vñ ille q̃ est sanguine⁹ est bo/ne cõplexiõis ꝛ silr̃ colericus. quare isti nõ cito canescunt sed flegmatici et melancolici sũt male cõplexionis. q̃re eis cito inest canicies.

Ar Si flegmatici cito canescerẽt. sequereẗ ꝙ mulieres ceteris hoibus citius canescerẽt. Sequela pbaẗ. qr oẽs sunt flegmatice cõplexio/nis. Dicendũ ꝙ omẽs mulieres sũt flegmatice cõplexiõis cõpando eas ad viros. sed compando eas inter se: tunc alique sunt sanguinee ꝛ alique colerice. ꝛ sic vna citius canescit ꝙ alia.

Quarto mõ dicitur ꝓpriũ. qd appellatur ꝓprie ꝓprium ꝛ diffinit sic. Propriũ est qd inest omĩ soli ꝛ sp. vt risibi le inest omĩ hoi soli hoi ꝛ sp. Nõ io ꝙ hõ actu sp rideat. sed ꝙ aptus natus est ad ridendũ. ꝛ hoc quarto mo dõ ꝓpriũ dicit vnũ de quinꝙ p̃dicabilibus

Hic ꝯñr põit qrtũ modũ ꝓpriũ dicẽs. Propriũ qrto mõ ẽ qd cõuenit omĩ

soli ⁊ semp. vt risibile est ꝓpꝛiū q̄rto mō hoīs. Rō est. qꝛ illud ꝓpꝛiū fluit ex pꝛincipijs essentialibꝰ ⁊ adeq̄tꝰ nccio. ꝗ inest oī soli ⁊ sp. ⁊ hoc pꝛopꝛiū q̄rto mō est vnū de quinq̧ pꝛedicabilibus.

Ar Rōnale cōuenit oī hoi soli ⁊ sp. ꝗ ē ꝓpꝛiū q̄rto mō. Dicēdū ꝙ dr̄a s̄bālis bn̄ cōuenit essentialr̄ sue spēi nō tn̄ accn̄talr̄. sic̄ ꝓpꝛiū q̄rto mō. Et lꝫ pꝛopꝛiū q̄rto mō dicat̄ esse de essentia sue spēi. i. essentiā ꝯn̄s quā etiā accn̄taliter indicat. nō tn̄ sicut eam cōstituēs.

Ar Hō nō sp ridet. ꝗ risibile nō ē ꝓpꝛiū q̄rto mō. Dicendū ꝙ q̄uis hō nō sp actu rideat tn̄ sp aptꝰ natꝰ ē ad ridēdū. Vn̄ lꝫ agrestꝰ sit hō q̄ nunq̄ vl̄ raro ridet tn̄ est risibilis. i. aptꝰ natꝰ ad ridēdū: ꝫ bomolchꝰ ꝑ oppositū dr̄ hō q̄ oīa cōuertit in risū. vt faciunt ioculatoꝛes. Et silr̄ dicit̄ de puero moꝛ nato q̄ ante septimū diē nō cognoscit̄ ridere ꝓpter lesionem quā patit̄ in actu generatōis: ꝫ tn̄ est risibilis. i. aptus natus ad ridendū.

Ar Nulla bona diffinitio dꝫ dari ꝑ opposita. ꝫ ista ē hmōi. ꝗ ⁊c̄. Minoꝛ Pꝛobat̄ qꝛ oī ⁊ soli oppnūt̄. Dicēdū ꝙ oī ⁊ soli nō opponūt̄ ī ꝓposito: qꝛ referunt̄ ad diuersa. nā oī refert̄ ad indiuidua. ⁊ soli ad spēm. vt risibile inest oī indiuiduo cōtento s̄b specie humana. ⁊ inest soli spēi.

Ar Ista diffinitio cōuenit alteri a diffinito. ꝗ nō ē bona. An̄s ꝓbat̄. qꝛ cōuenit coloꝛatū respectu coꝛpis mixti. qꝛ oē coꝛpꝰ mixtū ē coloꝛatū. ⁊ sp coꝛpꝰ mixtū ē coloꝛatū. Dōm ꝙ coloꝛatū ē accn̄s cōe. ⁊ excludit̄ ꝑ h' ꝙ dr̄ soli. s. spēi. qꝛ coloꝛatū nō fluit ex p̄ncipijs spēi. seu ex p̄ncipijs essentialibꝰ coꝛpis mixti. ꝫ fluit ex p̄ncipijs indiuidui cōtēti s̄b coꝛpe mixto ⁊ sic nō p̄dicat̄ ꝑ se de coꝛpe mixto ꝫ gr̄a suoꝝ inferioꝝ. Et qn̄ dicit̄ eē q̄tū q̄titate accidit soli coꝛpi oī ⁊ sp: ⁊ tn̄ nō est ꝓpꝛiū q̄rto mō. cum sit accn̄s cōe. Dicendū ꝙ excludit̄ ꝑ hoc ꝙ dicit̄ sp exponēdo ipm ꝓ necessario.

Qr Quare hō sp est risibil' q̄uis actu nō rideat. ⁊ q̄re sp ē flebilis q̄uis actu nō sp fleat. Dicēdū ꝙ iō. qꝛ hō sp ē aīal rōnale que sūt pꝛincipia risibilis ⁊ flebilis in genere cāe efficiētis. sed posita cā in actu ponit̄ ⁊ effectus. Vn̄ in hoīe sex sūt passiōes que cōsequūt̄ seinuicē q̄rū pꝛima ē rōcinatiuū. qꝛ eñ hō ē rōcinatiuꝰ ꝗ est amiratiuꝰ. ⁊ qꝛ est amiratiuꝰ. ꝗ ē discipline susceptiuꝰ. ⁊ qꝛ est discipline susceptiuꝰ. ꝗ ē inq̄sitiuꝰ. ⁊ qꝛ inq̄sitiuꝰ ꝗ est inuētiuꝰ. vel ꝗ hoc inuētū ē delectabile vel tristabile. si delectabile sic causat̄ leticia coꝛdis que maīfestat̄ ꝑ aptōez oꝛis. ⁊ sic hō ē risibilis. Vel ꝫ inuētū ē tristabile. ⁊ sic maīfestat̄ ꝑ lachꝛymaꝝ emissionē. ⁊ ꝗ hō ē flebilis. Pꝫ ꝗ coꝛrelarie p̄ ꝙ hō ex nimio risu posset moꝛi. qꝛ coꝛ est intestinū q̄dā in q̄ cōsistit vita hoīs: ⁊ qꝛ ꝓpter nimiū risū vl' leticiā q̄ maīfestat̄ qn̄ hō ridet: sāguis r̄cedit a coꝛde ⁊ s̄buenit faciei ⁊ tunc coꝛ efficit̄ frigidū ꝓpter quā frigiditatē coꝛdis hō q̄nq̧ moꝛit̄. Pꝫ scđo coꝛrelarie q̄re mlꝛieres magis flent q̄ viri: qꝛ fletꝰ cāt̄ ex eo ꝙ hō tristat̄ ꝑ quā tristiciā fit imp̄ssio aq̄ ad oclos. ꝫ mlꝛieres hn̄t spūs magꝰ tristes. ⁊ silr̄ hn̄t venas magꝰ molles q̄ viri. ⁊ ꝗ ex illa cōstrictōe ⁊ aptōe venarū citiꝰ flēt mlꝛieres q̄ viri.

Qr Vtrū ꝓpꝛiū faciat p̄dicabile distinctū q̄ ad oēs modos suos. Dicendū ꝙ nō. sed solū ꝓpꝛiū quarto modo. qꝛ illud solū habet distinctū modū p̄dicandi ab alijs eo ꝙ p̄dicat̄ accidentalr̄ cōuertibiliter. ⁊ eius subijcibile ꝓpꝛiū ⁊ īmediatū est spēs s̄m inclinationē quam habet ad indiuidua. ⁊ isto mō pꝛopꝛiū etiā quodāmodo īmediate pꝛedicat̄ de multꝭ. Di

cunt tñ aliqui ꝙ inferiora speciei cõsiderata respectu accidentiũ que cõse-
quunt̃ spẽm sunt subijcibilia proprij: sed illa cõsiderata q̃ꝫtũ ad s.iũ essen-
tiale qḋ habent a sua specie sunt subijcibilia spẽi. Sed quid veritatis hoc
dictũ in se cõtineat videbit̃ in veteri arte.

Ar Propriũ p̃dicat̃ de vna spẽ. ergo nõ est p̃dicabile. Añs pbat̃. q2 tm̃ p̃-
dicat̃ d̃ spẽ ex cuius p̃ncipijs fluit. Dicendũ q̃uis p̃dicat̃ tm̃ d̃ vna
spẽ. tñ p̃dicat̃ de plibus indiuiduis cõtentis sub spẽ. vt risibile p̃dicat̃ de
hoĩe ꝛ de oĩbꝰ cõtẽtis sub hoĩe qḋ sufficit ad rõnẽ p̃dicabilis. Et q̃n repli-
cat̃. Om̃e p̃dicabile debet ĩmediate p̃dicari de plibꝰ: sꝫ ppriũ nõ p̃dicat̃
de plibꝰ ĩmediate. ergo nõ ẽ p̃dicabile. Dõm ꝙ nõ oꝫ ꝙ oẽ p̃dicabile p̃dicet̃ ĩ-
mediate de plibꝰ: sꝫ sufficit ꝙ p̃dicet̃ de plibꝰ ad minꝰ mediate sicut propri-
um ĩmediate p̃dicat̃ de spẽ. ꝛ vlteriꝰ de indiuiduis cõtẽtis sb̃ spẽ.

Ar Spẽs ꝛ ppriũ hñt eadẽ p̃ncipia. ergo sũt eadeꝫ inter se. Tenet ꝯña. q2
illa sũt eadẽ q̃ꝝ p̃ncipia sũt eadẽ. Dicẽdũ ꝙ q̃cũqꝫ hñt eadẽ p̃nci-
pia formalia illa sũt eadẽ p̃ncipiata. sꝫ propriũ ꝛ spẽs nõ hñt eadẽ p̃ncipia
formalia. q2 hñt illa p̃ncipia in diuersis gñibꝰ cãꝝ. s. efficiẽtl ꝛ formalis.

Ar Quecũqꝫ hñt eadẽ sb̃ijcibilia nõ distinguunt̃ abinuicẽ p̃dicabilit̃.
sed propriũ ꝛ spẽs hñt eadẽ sb̃ijcibilia. ergo ꝛc̃. Maior ptꝫ. q2 indiui-
dua sũt sb̃ijcibilia pprij ꝛ spẽi. Dicendũ ꝙ illa maior nõ est vera. q2 p̃dica-
bilia nõ distinguunt̃ penes sb̃ijcibilia: sꝫ penes diuersos modos p̃dicãdi
de suis sb̃ijcibiubꝰ. Uel dicẽdũ vt p̃us ꝙ propriũ sb̃ijcibile propri ẽ spẽs
s̃m inclinatõem ad indiuidua. Alij aũt rñdẽt ad minorẽ ꝙ indiuidua ca-
piunt̃ duplr̃. vno mõ q̃ꝫtũ ad suã essentiã. vel q̃ ad p̃ncipia essentialia q̃ sũt
hec mã ꝛ h̃ forma. ꝛ sic sunt sb̃ijcibilia spẽi. Alio mõ q̃ꝫtũ ad illa accñtia q̃
consequunt̃ ip̃a indiuidua gr̃a spẽi. ꝛ sic sunt sb̃ijcibilia pprij. Tercio mõ
s̃m ꝙ includũt cõditões indiuiduãtes. ꝛ sic sũt sb̃ijcibilia accñtis.

Et diffinit̃ sic ppriũ ab Arestotele. Propriũ est qḋ
inest oĩ soli ꝛ sp̃: ꝛ couersim p̃dicat̃ de re: ꝛ nõ indicat
q̃d est esse rei. vt risibile inest hoĩ. Nõ indicat q̃d est
esse rei ponit̃ ad dr̃aꝫ diffõis. Diffinitio eñi couersi p̃-
dicat̃ de re ꝛ indicat q̃d est esse rei. vt substantia aĩata
sensibil̃ couertit̃ cũ aĩali ꝛ indicat q̃d est eẽ eiꝰ. Quia
oĩs diffinitio fit p̃ substãtialia: oẽ aũt supiꝰ ẽ d̃ eẽntia
sui inferiorꝫ. Diffinitio eñi sic diffinit̃. diffinitio ẽ orõ
indicãs q̃d ẽ esse rei: ppriũ aũt nõ indicat q̃d ẽ eẽ rei.

Postq̃ autor oñdit multiplicitatẽ pprij ꝛ cũ hoc elegit mẽbꝝ de q̃ est si-
bi ad ppositũ vt scꝫ est vnũ p̃dicabile ab alijs distinctũ. Hic ꝯñt illud pro-
priũ diffinit dicens. ꝙ propriũ q̃rto mõ sic diffinit̃ ab Aresto. p̃ Thopicoꝝ
Propriũ ẽ qḋ inest oĩ soli ꝛ sp̃. ꝛ cõuersim p̃dicat̃ de re. ꝛ nõ ĩdicat q̃d ẽ
esse rei. que diffinitio dat̃ de pprio in rõne p̃dicati. vtꝫ ex declaratõne pti-
culaꝝ. q2 illa particula. ꝛ nõ indicat quid est esse rei. ponit̃ ad differentiaꝫ

diffinitōis que indicat ꝗdditatē rei. Est tn̄ verū ꝙ illa diffinitio ex facili intellectu pōt trahi ad ꝓpriū ẜm ꝙ est predicabile ab alijs distinctū. ⁊ ꝗ Petrus hyspa. ponendo eam non errauit.

Ar Ōme predicabile debet diffiniri ꝑ suū ꝓpriū modū ꝑdicandi. ẜ ille nō tangit in ista diffinitiōe ꝓprij. ꝗ nō est bona. Dicendū ꝙ ꝓprius modus predicādi ipsiꝰ ꝓprij insinuat in diffinitione illa. qꝛ ꝑ hoc qd̄ dicit inest oīni soli ⁊ sp̄ denotat ꝙ ꝓpriū ꝑdicat in quale cōuertibile. ẜ predicari in quale cōuertibile ē ꝓprius modus ꝑdicādi ipiꝰ ꝑdicabilis ꝓprij.

Qr Quare ꝓpriū nō indicat ꝗd est esse rei. i. spēi. Dicēdū ꝙ ideo: qꝛ indicare est essentiā alicuiꝰ rei ꝑ priora explicare. ẜ ꝓpriū nō prius specie. cū ex eius principijs effectiue fluat. ꝗ ꝓpriū nō indicat essentiā spēi Est tn̄ cōsiderandū ẜm Scotistas ꝙ illa causalitas nō est effectiua ⁊ realis ẜ solū rōnis ⁊ ꝗtū ad modū cognoscendi. qꝛ noticia ꝓprij gignit ex principijs speciei. sicut dicimus ꝙ principia sunt cause cōclusionis. ẜ errant in vtroqꝫ. sicut alibi sufficienter est ꝓbatum.

Ar Accidētia magnā ꝑtē cōferūt ad cognoscendū qd̄ ꝗd est: ⁊ h̄ maxime cōuenit ꝓprio. ꝗ ꝓpriū indicat ꝗd est esse rei. Dicēdū ꝙ accidēs ꝓpriū cōfert ad cognoscendū qd̄ ꝗd est. i. a posteriori inducit ⁊ non indicat. Vn̄ cōferre est ꝗlitercūqꝫ a posteriori manuducere in cognitionē ꝗdditatis. Sed indicari est a priori ⁊ certe ꝗdditatē ostendere. ⁊ sic sola diffinitio indicat cōplete ꝗdditatē diffiniti. Sed diceres. nullū accidēs extrinsecum diffinito indicat ꝗd est esse rei. ẜ diffinitio est hmōi. igit. Dicendū ꝙ diffinitio capit duplr̄. vno mō ꝓ scd̄a intentōne. Alio mō ꝓ re sb̄strata vel significata ꝑ illam secundā intentionē. Primo mō est accidēs ⁊ nō indicat. sed scd̄o modo est de substātia diffiniti eius indicans quidditatē

Ar Illud qd̄ in diffinitōne alterius ponit h̄ indicat eiꝰ ꝗdditatē. ẜ ꝓpriū ponit in diffinitōe spēi. ꝗ indicat ꝗd est esse spēi. Dicendū ꝙ ꝓpriū nō ponit in diffinitōe ꝗdditatiua spēi. ẜ solū descriptiua. Vel si ꝓprium ponat in aliqua diffinitōne ꝗdditatiua h̄ est ideo: qꝛ ꝑ ip̄m circūloquimur aliquā differentiam nobis ignotā

Qr Vtrum calefactiuū ⁊ frigefactiuū sint ꝓpria vt hic diffinit ꝓprium Dicendū ꝙ sic. qꝛ nō sunt de essentia ignis ⁊ aque. ẜ essentias ipo rū necessario consequunt. Sed diceres. calefactiuū nō cōuersim ꝑdicat de igne: qꝛ etiā cōuenit alijs. ꝗ non est passio ignis. Antecedēs ꝑtꝫ: qꝛ conuenit hoībus ⁊ brutis. Dicendū ꝙ aliquid dicit esse calefactiuum duplr̄ vno mō ꝑ essentiā. i. grā principioꝝ essentialiū que cōsequit. Alio modo ꝑ participatōem. vn̄ esse calefactiuū cōuenit igni solū ẜm essentiā. alijs v͛o ꝑ participatōnē. Et si querat. vtrū esse frigidū sit ꝓpriū ꝗrto modo aque. Dicendū ꝙ frigiditas capit dupliciter. vno modo vt est quedꝫ qualitas actu denominans suū subiectū. ⁊ sic nō est ꝓpriū quarto modo aque. Alio modo capit vt dicit aptitudinē. ⁊ tūc est ꝓpria passio aque.

Ar Calidū ⁊ frigidū. humidū ⁊ siccū sunt accidētia cōia. ꝗ nō sunt ꝓprie passiōes. Dicendū ꝙ nō sunt simplr̄ passiones ẜ qn̄ cōparant ad sua ꝓpria subiecta scꝫ ad elemēta: sic sunt ꝓprie passiones. vt caliditas in igne est ꝓpria passio ipsius ignis. ⁊ frigiditas in aqua ē ꝓpria passio ipius aque. ⁊ siccitas in terra est ꝓpria passio ipius terre. similiter humiditas in aere est ꝓpria passio ipius aeris.

Ar꜡ Qualitates prime sūt principia formalia elemētoꝝ. vtz. ij. de gnā/tione. ergo nō sūt ipoꝝ ꝓprie passiones: que illa principia cōsequunt᷑. Dicendū ꝙ elemēta pñt dupl'r cōsiderari. vno mō ſm suū esse sbstantiale absolute sumptū. ⁊ sic iste q̄litates sūt accidētia ꝓpria elemētoꝝ. Alio mō ſm suū esse naturale ⁊ phicū. vt sūt actiua ⁊ passiua adinuicē. ⁊ sic sūt pn/cipia formalia ipoꝝ cōstituētia ipa ſm ꝙ sunt actiua ⁊ passiua.

Ccidēs est. qđ adest ⁊ abest p̄ter subiecti corru ptionē. vt albū nigꝝ. sedere ⁊ nō sedere. Hec ei pñt adesse ⁊ abesse p̄ter subiecti corruptōez.

Postq̄ Pe. hys. deter. de ꝓprio qđ p̄dicat᷑ in q̄le accidētale cōuertibile ⁊ cōseq̄t᷑ nām specificā. Hic ꝯñr determinat de accñte qđ p̄dicat᷑ in q̄le accñta le nō cōuertibile ⁊ cōseq̄t᷑ nām indiuidui cōtingent᷑. Rō ordis ē pri⁹ dicta. qꝛ p̄dicabilia ordinant᷑ penes ꝑfectōres ⁊ imꝑfectōres mōs p̄dicādi. ſʒ ac cidēs int᷑ oīa p̄dicabilia hʒ īꝑfectissimū modū p̄dicādi. qꝛ p̄t ī q̄le accñta le nō cōuertibile. ergo oīa alia. seq̄t᷑. Et p̄ determinat đ accñte diffinitiue. scđo di uisiue. ibi Accñtiū. Et ponit tres diffōes. p̄ma est. Accidēs est qđ adest et abest p̄ter sbiecti corrūptionē. vt albū nigrū sedere ⁊c̄. In q̄ diffōe adest et abest dicū᷑ cōiūgi ꝑ cōiūctōez copulatiuā ⁊ non ꝑ disiūctiuā. qꝛ al's diffini tio cōueniret mltis alijs. Et rō diffōis qꝛ illud qđ nō cōstituit sbiectū. nec destituit ipm potest subiecto adesse ⁊ abesse p̄ter ei⁹ corruptōem. sed acci/dens est hmōi. ergo ⁊c̄.

Qr꜡ Quare pe. hys. nō ponit aliq̄s acceptōes ipi⁹ accñt᷑ sic de alijs p̄di cabilib⁹. Dōm p̄ ꝙ iō. qꝛ sufficient᷑ hñt᷑ ex acceptōib⁹ dīe⁊ ꝓprij. qꝛ dictū ē ꝙ due prime acceptōes dīe. ⁊ tres primi mōi ꝓprij nō cōtinēt᷑ sb dīa ⁊ ꝓprio. ſʒ sb accñte. Scđo iō. qꝛ ars ē circa difficilia. ſʒ acceptōes accñ tis sc̄ faciles. Tercio iō. qꝛ acceptōes accñtis nō dicūt nos ad cognitōem accñtis p̄dicabilis. sic̄ acceptōes alioꝝ p̄dicabiliū. Pro q̄ notādū ꝙ q̄tu/or pñt poni acceptōes accñt᷑. primo oē illud dicit᷑ accñs q̄d est alicui ex/traneū. ⁊ sic hō est accñs r̄spectu aīalis. qꝛ ē ex̄ intellectū ei⁹. ⁊ ſm h̄ accñs sumit᷑ fallacia accñtis. Scđo mō sumit᷑ accñs cōiter ꝓ oīi illo qđ non est substātia neq; ps sbstātie. ⁊ sic sumit᷑ qñ dicit᷑ Sūm⁹ aris. trutinās cacumi na reꝝ. in duo diuisit q̄cq̄d in orbe fuit. scʒ in sbam ⁊ accidēs. Tercio sūit᷑ accñs ꝓ eo qđ ē casuale siue fortuitū. vt qñ dicit᷑. ego veni ꝑ accñs ad de/bitorē meū. ⁊ sic capit᷑ qñ dicit᷑ fortuna ē cā ꝑ accñs. ⁊ illi[illegible]ib⁹ mōis nō sumit᷑ h̄. Quarto mō capit᷑ accñs ꝓ eo qđ cōtingent᷑ īheret ⁊ ꝑficit sbiectū qđ existit in se ꝑfectū essential'r. ⁊ sic capit᷑ hic. ⁊ ē vnū p̄dicabile distinctū cōtra alia. Qꝛ sit p̄dicabile ꝓbat᷑: qꝛ aptū natū ē p̄dicari de mlt᷑. ergo est pre/dicabile. Consequētia tenet a diffōne ad diffinitū. Sed ꝙ sit distinctū ptz qꝛ habet distinctū modū predicandi ab alijs predicabilibus qui est predi cari in quale accidētale nō cōuertibile.

Ar꜡ Accñs nō ē vl'e. ergo nō ē p̄dicabile. Añs ꝓbat᷑. qꝛ ſm phm p̄ Poste/rioꝝ. vl'ia sūt ingnābilia ⁊ incorruptibilia. ſʒ accidēs est generabi/le ⁊ corruptibile. vt dicit prima diffinitio. Dicendū ꝙ oīa vniuersalia sūt ingnābilia ⁊ incorruptibilia q̄ ad esse essentie saltez ꝑ se. quia ad illud

gnãtio ⁊ corruptio ꝑ se nõ terminat̃. sꝫ tñ gnãbilia vl̃ corruptibilia q̃ ad eẽ exñtie. Al̃ dicẽdũ ad minorẽ. ꝙ accñs in vli nõ ẽ corruptibile ꝑ se. vt corruptibile noĩat actũ. ẽ tñ corruptibile vt noĩat aptitudinẽ. ꝫ ab esse h̃ debꝫ capi vt dicit aptitudinẽ corruptõis cuiꝰ actꝰ exercet̃ in ꝑticularibꝰ accñtibꝰ q̃ hic nõ diffiniunt̃ ꝫ excludunt̃ a diffõe ꝓma ꝑ genꝰ diffiniti q̃d ẽ vl̃e.

Querit̃ Utrũ ꝓma diffõ accñtis data sit cõueniẽs ⁊ bona. Dicendũ ꝙ sic. si bñ ĩtelligat̃. Est ãt sensꝰ. Accñs ẽ supple vl̃e qδ adest ⁊ abest. i. aptũ natũ ẽ adesse ⁊ abesse. ꝑter sbiecti corruptionẽ. i. ꝑter h̃ ꝙ sbctm̃ desinat eẽ ens. Est tñ cõsiderãdũ. ꝙ in hac diffõe accñtis adest ⁊ abest dupl̃r exponũt̃. vno mõ logical̃r. alio mõ real̃r. Logical̃r sic expoĩt̃ Accñs adest. i. affirmatiue p̃t̃. ⁊ ab est. i. negatiue p̃t̃. Sꝫ real̃r sic exponit̃ Accñs adest. i. aptũ natũ est adesse ⁊ inherere. ⁊ abest. i. aptũ natũ ẽ abesse Et qꝛ illa diffõ est logicalis. ideo melius exponit̃ logicaliter.

Ar Uniꝰ rei ẽ tm̃ vna diffõ. ꝫ accñs ẽ vna res. qꝛ ẽ vnũ p̃dicabile vt ꝓbatũ ẽ. igr̃. Maior ꝓbat̃. qꝛ vniꝰ rei ẽ vnicũ esse essentiale qδ diffõ explicat. Dicẽdũ ꝙ q̃uis vniꝰ rei ẽ vna diffõ essentialis. tñ vniꝰ rei diuersimode cõsiderate pñt esse pl̃es diffões accñtales. ⁊ sic ẽ de accñte. Unde ꝓma diffõ dat̃ ꝑ cõpatõem ad subiectũ. scδa ꝑ abnegatõem alioꝝ q̃tuor p̃dicabiliũ. tercia ꝑ cõpatõem ad suã cãm que est cõtingens. Et int̃ illas diffinitõnes tercia demõstrat primã sic. Quicq̃d cõtingit eidẽ inesse ⁊ nõ inesse hoc adest ⁊ abest ⁊c̃. ꝫ accidẽs est hmõi. igr̃ ⁊c̃.

Ar Illa bona diffinitio dꝫ dari ꝑ opposita. ꝫ ista est hmõi q̃ nõ ẽ bona. Minor ꝓbat̃. qꝛ adest ⁊ abest opponũt̃. Dicẽdũ ꝙ adest ⁊ abest capiunt̃ dupl̃r. vno mõ vt dicũt actũ ⁊ sic opponunt̃ nec sic capiũt̃ hic. Alioᵒ vt dicũt aptitudinẽ. vt adest. i. aptũ natũ est adesse. ⁊ abest. i. aptũ natuꝫ ẽ abesse. ⁊ sic nõ opponunt̃. qꝛ sil̃ sunt in eodẽ etiã numero.

Ar Illud quod sꝑ ẽ aptũ natũ in subiecto sbsistere. h̃ nõ est aptũ natũ abesse. sed accidẽs sꝑ est in subiecto subsistẽs q̃ nõ est aptũ natũ abesse. Minor ptꝫ ꝑ Porphi. in capit. de accidẽte sic dicentẽ. sꝑ aũt est in sbiecto subsistens. Dicendũ ꝙ Porphir̃. non vult dicere ꝙ accidẽs est sꝑ in subiecto. i. ꝓ omni differẽtia tꝑis. sed ꝓ illa differentia tꝑis q̃diu manet accidens. ⁊ in hoc nõ cõtradicit huic diffinitioni.

Ar Mors ⁊ cõbustio sũt accidẽtia: ⁊ tñ diffinitio nõ cõuenit eis. Scδa ꝑs assumpti ꝓbat̃. qꝛ nõ possunt adesse ⁊ abesse ꝑter subiecti corruptionẽ. Dicendũ ꝙ hic diffinit̃ accidens p̃dicabile quod ẽ cõcretum sed mors ẽ vnũ abstractũ cuiꝰ cõcretũ ẽ mori ⁊ cõbustio est abstractũ. cuiꝰ concretũ est cõburi. Et qñ dicit̃ capiendo illa cõcretiue adhuc diffinitio eis nõ cõuenit. vt ꝓbat argumentũ. Dicendũ ꝙ mori ⁊ cõburi capiunt̃ dupl̃r. vno mõ ꝓ instãtaneis mutatõibꝰ. scꝫ ꝓ illa instantanea mutatõne de eẽ ad nõ esse. ⁊ sic nõ sunt accidẽtia sed sũt reductiue in p̃dicamento substantie. qꝛ motus deꝑditiuꝰ ẽ eiusdẽ essentie cũ termĩo a q̃. Alio mõ accipiunt̃ pro preuijs dispositõibꝰ vel alteratõibꝰ q̃ p̃cedũt instantaneã mutatõem. ⁊ sic sũt accidentia ⁊ possunt adesse ⁊ abesse.

Ar Caputiũ põt abesse ⁊ adesse ꝑter corruptõeꝫ sbiecti. q̃ est accñs p̃dicabile. Dicendũ ꝙ caputiũ nõ est accidens p̃dicabile. qꝛ ẽ abstractum sed accidens p̃dicabile debet esse cõcretũ. qꝛ p̃dicat̃ de suo subiecto.

ſ nõ
abe
nali
grec
A
diffi
ꝑter
ꝑ ſb
cũde
ineſt
A
lõ a
vere
est ri
uo.
ne n
essen
q̃lita
in cõ
ꝑriũ.
aial.
non
A
ſtant
tis v
ter ſi
ſubie
lidũ
rupt
le.
lio c
ſubie
nus
Hie
biliũ
ſiduũ
talit
Q
diffi
quia

ꝫ nõ possũ⁹ dicẽ caput ẽ caputiũ. ⁊ ꝗ caputiũ excludit̃ ꝑ illã ꝑticulã. adest ⁊ abest. qꝛ adest valet id q̄ aptitudĩalr̃ affirmatiue p̃dicat̃. ⁊ abest. i. aptitudĩnalit̃ negatiue p̃dicat̃. Et ꝑ h̃ etiã excludunt̃ oĩa abstracta sicut albedo nigredo. que bñ sũt accidẽtia p̃dicamẽtalia. ꝫ nõ p̃dicabilia.

Ar Diffinitio cõuenit alijs a diffinito. ꝗ nõ est bona. Añs ꝓbat̃. qꝛ cõuenit aĩe ⁊ alijs formis ſbalib⁹. Dicendũ ꝙ aĩa excludit̃ p̃ ꝑ gen⁹ diffiniti qḋ ẽ vl'e. qꝛ aĩa nõ ẽ vl'e ꝫ ẽ forma ꝑtis. Etiã excludit̃ ꝑ h̃ qḋ dicit̃ p̃ter ſbiecti corruptõem. qꝛ aĩa nõ põt abesse p̃ter ſbiecti ei⁹ corruptõnẽ. qꝛ ꝑ ſbiectũ intelligit̃ totũ cõpositũ. ſ꞉ huic nõ põt abesse aĩa ĩpo manẽte. Secũdo excludit̃ ꝑ illã ꝑticulã adest. q̄ val꞉ vno mõ. i. accñtalr̃ inest. ſ꞉ aĩa nõ inest accñtalr̃. nec p̃dicat̃ de eo cui inest sicut accidens.

Ar Risibile ẽ accñs cũ ñ sit ſba. ⁊ tñ diffinitio sibi nõ cõuẽit. Dicẽdũ ꝙ risibile est bñ accñs p̃dicamẽtale ſ꞉ nõ p̃dicabile qḋ h̃ diffinit̃. et iõ a diffinitõe excludit̃ ꝑ h̃ qḋ dicit̃ abest. qꝛ abest valet. i. negatiẽ p̃dicat̃ ⁊ vere: ꝫ risibile nõ p̃dicat̃ vere ⁊ negatiue de suo subiecto. vt꞉ dicẽdo hõ nõ est risibilis. Et qñ dicit̃ Nigredo nõ põt vere ⁊ negatiue p̃dicari de coruo. ꝗ a sili nõ erit accidẽs ei⁹. Dicẽdũ ꝙ nõ ẽ sile. qꝛ coru⁹ põt intelligi sine nigredĩe ⁊ etiã ſb opposita q̄litate q̄ est albedo. cõsiderat̃ solũ p̃ncipijs essentialib⁹ corui. ꝫ hõ l꞉ poss꞉ intelligi sine risibilitate nõ tñ sub opposita q̄litate. ⁊ sic añs ẽ falsũ. Sed querit̃ vtꝝ risibile sit accidẽs respectu aĩalis in cõi. Dicendũ ꝙ sic. qꝛ ordinate p̃dicat̃ de eo. ⁊ nõ vt gen⁹ spẽs dĩa vl' ꝓpriũ. ꝗ vt accñs. Et l꞉ nõ posset abesse aĩali ꝓpter naturã hoĩs ĩ q̄ includit̃ aĩal. ⁊ sic sibi videt̃ sp̃ inesse. tñ q̄ñtũ est ex natura aĩalis in se bene põt sibi non inesse. ⁊ hoc sufficit ad rõnẽ accidentis.

Ar Accidens corrumpit̃ ad corruptionẽ sui subiecti. ergo vltima particula diffinitõis male ponit̃. Antecedẽs ꝓbat̃. qꝛ in corruptõe ſbstantiali fit resolutio vsq꞉ ad materiã primã. Dicendũ ꝙ corruptio accidẽtis vno mõ est ex corruptione subiecti. põt tñ alijs modis etiã corrũpi preter subiecti corruptionẽ. ⁊ sic ad eius corruptionẽ nõ necessario corrũpit̃ subiectũ. Vñ accidẽs q̄tuor modis corrũpit̃. Vno mõ ꝑ suũ cõtrariũ. vt calidũ corrumpit̃ ꝑ frigidũ quod est sibi contrariũ. Secũdo corrumpit̃ ꝑ corruptionem sue cause. vt lumen in aere corrumpit̃ ꝑ absentiã luminis ĩ sole. Tercio mõ corrumpit̃ ad corruptionẽ sui termini ad quẽ. vt filiatio ĩ filio corrumpit̃ ꝑ corruptionẽ patris. Quarto corrumpit̃ ꝑ corruptõem sui subiecti. vt albedo in ꝑiete corrũpit̃ qñ paries corrumpit̃.

Diffinit̃ aũt sic accñs. Accidens est qḋ neq꞉ est genus neq꞉ spẽs. neq꞉ dĩa. neq꞉ ꝓpriũ. inest aũt rei.

Hic ꝯñr ponit scđam diffõem accñtis que dat̃ ꝑ abnegatõem alioꝝ p̃dicabiliũ dicẽs. Accidẽs est qḋ ⁊c̃. In q̄ diffinitõe vl'e intelligit̃ loco generl'. residuũ aũt ponit̃ ad dĩam alioꝝ p̃dicabiliũ. Et dicit̃ inest aũt rei. i. accidentaliter inheret subiecto qḋ est ens in actu cõpleto ⁊ ꝑfecto.

Querit̃ Vtrũ accñs quintũ p̃dicabile sit cõueniẽt̃ ꝑ abnegatõe꞉ diffinitũ. Dicendũ ꝙ sic. Et ratio quare accidens magl' diffinit̃ ꝑ abnegatõem alioꝝ p̃dicabiliũ q̄ꝫ aliquod alioꝝ predicabiliũ est. quia accidens est vltimũ predicabile. ꝫ si aliquod precedens predicabile

diffiniret̃ p abnegatõꝫ accidẽtis cõmitteret̃ petitio pncipij diffiniẽdo vnũ ignotũ p aliud. Etiã priuatio dꝫ diffiniri p suum habitũ: ꝯ accidẽs hꝫ se p modũ priuatõis ad alia pdicabilia. ergo põt p alia pdicabilia diffiniri sicut i silr cecitas est priuatio visus ꝛ diffinit̃ p habitũ scꝫ p visum.

Ar Ista diffinitio ẽ negatiua. ergo nõ est bona. Dicendũ ꝙ nlla diffinitio debet esse pure negatiua. ꝯ bñ potest eẽ negatiua q̃ ad aliqs pticulas. qꝛ vltima pticla h̃ ẽ affirmatiua. Scdo dicit̃ ꝙ nlla bona diffinitio debet esse negatiua nisi p illas pticulas negatiuas intelligant̃ pticle affirmatiue. sicut est in ꝓposito. qꝛ p remotionẽ positoꝝ in diffõne intelligunt̃ opposita illis. nã qñ dicit̃. ꝙ neqꝫ ẽ genus neqꝫ spẽs que pdicant̃ in q̃d. dat̃ intelligi ꝙ accidẽs pdicat̃ in q̃le accidentale.

Ar Accidẽs põt esse genꝰ ꝛ spẽs. vt color ẽ genꝰ ꝛ tñ est accidẽs. ꝛ albedo est spẽs ꝛ silr ẽ accidẽs. ergo male diffinit̃ accidẽs p abnegationeꝫ alioꝝ. Dicendũ q̃uis colorꝛ albedo sint accidẽtia pdicamẽtalia. non tñ sunt accidẽtia pdicabilia. Et qñ replicat̃ albũꝛ coloratũ sũt spẽs ꝛ genera ꝛ tñ sunt accidẽtia pdicabilia. ergo illa diffinitio non ẽ bona. Dicẽdũ ꝙ coloratũ ꝛ albũ capiunt̃ dupl'r. vno mõ in ordine ad sua inferiora. ꝛ sic coloratũ est genus. ꝛ albũ est spẽs. Alio mõ in ordine ad eoꝝ subiecta q̃bus isũt ꝛ sic sunt accidẽtia. non est aũt incõueniens ꝙ vnũ ꝛ idẽ sit genus ꝛ species ꝛ accidens respectu diuersoꝝ.

Vel sic. Accidẽs est qꝺ cõtingit eidẽ inesse ꝛ nõ inesse. vt albũ nigrũ. sedere stare ꝛc. Et de his duabꝰ vltimis diffinitõibus dicit Arest. Est aũt accidẽtl diffinitio. scda melior q̃ꝫ prima. qꝛ ad intelligẽdũ primaꝫ diffõeꝫ. nccẽ est scire q̃d sit genꝰ q̃d spẽs: ꝛ sic ꝺ alijs scda aũt p se diffinita ẽ ad cog̃scẽdũ q̃d ẽ qꝺ dꝛ p ipaꝫ

Hic ponit diffinititionẽ terciaꝫ accidentis. ꝛ est. Accidens ẽ qꝺ cõtingit eidẽ inesse ꝛ nõ inesse. ꝛ debet contingi referri ad non esse. Ratio istius diffinitionis est. qꝛ illud qꝺ est in subiecto p causaꝫ contingit eidẽ inesse ꝛ nõ inesse. ꝯ accidẽs est hmõi. ergo contingit eidẽ inesse ꝛ non inesse. Unde in hac diffinitõne replicat̃ causa p quã accidens est in subiecto p hoc qꝺ dicitur contingit. i. contingenter aduenit. Et licet inesseꝛ non inesse possint sumi octo modis ꝯm ꝙ octo sunt modi essendi in. tamen hic capiunt̃ solum p inesse sicut forma accidentalis inest subiecto. ꝛ talis continet̃ sub quarto modo essendi in.

Notandũ Qꝛ compando istã diffinitionẽ vltimaꝫ ad ĩmediate precedentem tunc ista vltima est melior q̃ꝫ secunda. Et ratio est duplex. qꝛ illa diffinitio est melior que est facilior. sed tercia diffinitio est facilior q̃ꝫ secũda. ergo ꝛc. Minor ptꝫ: qꝛ ad cognoscendũ secundam diffinitionẽ accidentis oportet scire naturam generis speciei differẽtie ꝛ ꝓprij. Secunda ratio est. quia illa diffinitio est melior que est positiua ꝯm rem ꝛ vocem simul: q̃ꝫ illa que est positiua ꝯm rem tñ. sed diffinitio tercia data de accidente est positiua ꝯm remꝛ vocem simul. ꝛ secunda ẽ positiua ꝯm rem tñ. igit̃ ꝛc.

Ar. Ista diffinitio cōuenit alteri a diffinito. pbat. q2 ꝯuenit oī locato qȯ contingit eidē loco inesse ⁊ nō inesse. Dōm lz cōtingat locatum eidem loco inesse ⁊ non inesse penes octauū modū non tñ eidem subiecto inhesionis penes scōm membꝝ quarti modi essendi in.

☞ Arguit. ista diffinitio nō ꝯuenit oī cōtento sub diffinito igit. Añs pbatur. q2 nō ꝯuenit q̄nto respectu celi. q2 nō cōtingit celū non esse quantum Dicendū licet q̄tum non posset adeē ⁊ abeē celo potentia naturali ppter incorruptibilitatem celi. tamen bene potentia supnaturali.

Ar. Coloratū non pōt abesse corpi mixto qȯ est corruptibile. igit. Dicendum licet coloratū nō possit abesse corpi mixto sm naturam genericam. tamen pōt sibi inesse ⁊ non inesse successiue sm aliqȯ inferiꝰ. puta sm albedinem qȯ sufficit ad rationem accidentis.

Accidentiū aliud sepabile. vt albedo ī hoīe. aliud īsepabile. vt nigredo ī coruo ⁊ ethiope ⁊ albū ī cigno lz em̄ nigrū īsepabiliter accidat coruo. tñ hoc n̄ ē ꝯtra diffinitōez ī q̄ dr̄ ꝙ accñs p̄t adeē vel abesse p̄ter subiecti corruptōez. q2 vt vult porphi. coruꝰ p̄t itelligi albus ⁊ ethiops nitēs cādore p̄ter subiecti corruptōz.

Hic ꝯfir ponit duas diuisiones accidentis. pma. Accidentiū aliud est separabile. vt albū ⁊ sedere in hoīe. aliud est insepabile. vt nigꝝ ī coruo. Tūc ibi. lz em̄ nigꝝ. rñdet tacite q̄stioni q̄ posset fieri ꝯ̄ diuisionē h̄ mō. si esset aliqȯ accidēs insepabile. sic̄ nigredo in coruo. tale non deberet dici accidens. q2 diffinitio accñtis sibi nō cōuenit. Rñdet pe. hys. ꝙ lz nigredo insepabiliter accidat coruo ⁊ ethiopi. tñ h̄ non destruit diffinitionē. q2 vt dicit Porphiriꝰ. coruꝰ potest intelligi albus. ⁊ ethiops nitēs cādore. i. cum albedine preter subiecti corruptionē.

Qr. Utrum accidens prima diuisione bene diuidat p separabile ⁊ īseparabile. Dicendū ꝙ sic. ⁊ ratio diuisionis siue sufficientia est tal. quia omne accidens est in subiecto p aliquā causam. vel ergo habet cām in subiecto fixam ⁊ pmanentem ⁊ sic est accñs insepabile. vel habet causā transeuntē ⁊ cito mobilem. ⁊ sic est accidens sepabile.

Ar. Illud dr̄ sepabile qȯ q̄nq3 sepat. ſ3 nullū accñs sepat a subiecto. ergo nullū est accñs sepabile. Mior pbat. q2 illȯ qȯ sp ē aptū natū in subiecto esse h̄ non est natū separi a subiecto. ſ3 accñs est sp natum esse in subiecto. vt dr̄ in tercia diffinitione Porphirij. ergo ⁊c. Dicendū ꝙ minor ē distinguēda. q2 vel h̄ aduerbiū sp distribuit absolute p oī illa differētia tēporis. ⁊ sic minor est falsa. aut distribuit pro illa differentia tempis q̄diu accidens est. ⁊ sic minor est vera. ⁊ ergo sensus est ꝙ accidens semper est in subiecto q̄diu accidens est. ⁊ non ꝙ necessario sit semper in subiecto p omni differentia temporis.

☞ Arguitur. Illud qȯ adest ⁊ abest preter subiecti corruptionem non est

insepabile. ꝫ oē accñs est hmōi. ergo nullū est accñs insepabile. Rñdm ad minorem ꝙ insepabile capit̄ duplr̄. vno mō negatiue ꝓut valet tm̄ sicut nullo mō sepabile. ⁊ sic maior est vera. Alio mō capit̄ ꝑuatiue ꝓ illo qđ ē difficulter sepabile. ⁊ sic maior ē falsa sicut ⁊ ꝯclusio. Pro q̄ notādū ꝙ driūter ꝓprium ⁊ accñs sunt īsepabilia. nā ꝓpriū dr̄ insepabile negatiē qr̄ nullo mō sepabile. Sed accñs dr̄ insepabile ꝑuatiue qr̄ difficulter sepabile.

Ar. Mēbra istius diuisionis coincidūt. ergo nō est bona. Añs patꝫ qr̄ idē ē accñs sepabile ⁊ insepabile. vt albū est sepabile ⁊ insepabile. Dicendum ꝙ vnū ⁊ idē accñs bene ē sepabile ⁊ insepabile respectu diuersorum. ꝫ non respectu eiusdem subiecti. qr̄ albedo est accidēs sepabile respectu parietis. ⁊ inseparabile respectu cigni. Et ergo ista diuisio nō dat̄ ꝑ oppositionem rerum. ꝫ modoꝝ ꝑcandi.

Qr. Utrꝫ ille ꝓpōnes sint vere. coru⁹ p̄t ītelligi alb⁹. cignus niger. ethiops nitēs cādore. Rñdm ꝙ sic. Et qñ arguit̄ ille intellectus est falsus q̄ intelligit rē aliter q̄ȝ est. ꝫ q̄ intelligit coruū albū. cignū nigꝝ. ethiopum nitentē cādore. ille intelligit rē aliter q̄ȝ ē. ergo est intellect⁹ falsus. Dicendū ꝙ maior est vera in scđa opatōe intellect⁹. ⁊ ergo si intelligam⁹ coruum esse albū ⁊ cignū nigꝝ in scđa opatione intellect⁹. ille intellect⁹ ē falsus. ꝫ in prīa opatione ille intellect⁹ nō est falsus q̄ intelligit rē aliter q̄ȝ ē. Rō diuersitatis ē qr̄ vitas ⁊ falsitas solum sunt in ꝯpoñe ⁊ diuisione. ꝫ in prima opatione intellect⁹ nō est ꝯpō vel diuisio. ergo nec veritas vel falsitas nisi qñqꝫ ꝑ accñs. Uñ si intellect⁹ eēt falsus in prima opatione intellectus qñ intelligit rem aliter q̄ȝ est. tūc oīs talis eēt falsus. quo nos intelligimus rem materialē īmaterialiter. qr̄ lapis nō est in aīa. ꝫ spēs lapidis. tercio de aīa. Uel dicendū ꝙ coruus p̄t capi duplr̄. vno mō q̄ ad ꝑncipia substantialia. q̄ sunt materia ⁊ forma. ⁊ sic vere p̄t intelligi alb⁹ etiā in secūda opatione intellect⁹. Alio mō capit̄ q̄ ad ꝑncipia ꝯplexionalia q̄ sunt calidum ⁊ siccum. ⁊ p̄t intelligi alb⁹ ꝫm intellectū simplicem.

Ar. Accñs insepabile nō p̄t vere diuidi ⁊ separi a suo sbiecto. ergo nō pōt sibi vere abeē ꝫm ītellectū diuidentē. Añs ꝓbat̄. qr̄ illa ē falsa considerando coruū ꝫm ꝑncipia sbalia tm̄ coru⁹ nō ē niger. Rñdm ꝙ lꝫ accidēs insepabile nō possit vere negari a suo sbiecto ꝑ simplicē copulā in ꝓpōne de inesse. vt illa ē falsa. coru⁹ nō est niger. tm̄ bñ p̄t vere negari in ꝓpōne modali de possibili. vt ista est vera. coruus potest non esse niger.

Item accidentiū aliud cōmune. vt albū nigrū. aliud proprium vt albedo sortis. nigredo platonis.

Hic ponit scđam diuisionē dicēs. Accñtiū aliud cōe aliud ꝓpriū. Cōe dr̄ qđ nō est ad vnū subiectū determinatū. vt albedo nigredo. ꝓprium vero qđ vni ꝑ indiuiduatōeȝ ē appropriatū. vt albedo sortis ⁊c̄. Rō diuisionis est qr̄ oē accñs adest ⁊ abest. vel ergo hꝫ subiectū determinatū vel nō. Si ꝑmuȝ sic ē accñs ꝓpriū. si scđm sic est accidēs cōe.

Ar. Accidēs cōe h̄ diuidit̄. ergo nō erit mēbꝝ diuidēs. Rñdm ꝙ accidēs dr̄ cōe duplr̄. vno mō ꝑ cāūsalitatē tm̄. qr̄ a plurib⁹ causis p̄t euenire. Alio mō dr̄ cōe ꝑ ꝑdicationē ⁊ inherentiā. prīo mō ponit̄ mēbꝝ diuidēs. sed secundo modo est diuisum in illa diuisione.

Ar Propriũ ẽ p̄dicabile distinctũ ꝯ accñs. ergo nõ pt esse mẽbꝝ diuisiõis. Dõm ꝙ ꝓpriũ capit̃ duplr̃. vno mõ ꝓ illo qd̃ fluit ex p̄ncipijs spẽi. ⁊ sic distinguit̃ p̄dicabiliter ab accñte. Alio mõ dr̃ ꝓpriũ qd̃ fluit ex principijs indiuidui determinati. ⁊ sic ꝓpriũ ⁊ accñs distinguunt̃ p̄dicabilit̃ qꝛ albedo sortis ꝯuenit tm̃ vni indiuiduo. s. sorti. ⁊ ergo dr̃ accñs proprium. Et qñ dr̃. accñs ꝓpriũ cadit a vera rõe accñtis. ergo male h̄ ponit̃ membrũ diuidẽs. Añs pꝫ. qꝛ p̄cat̃ abstractiue. Dõm ꝙ exempla solũ ponunt̃ s̃m quẽdã modũ ĩtroductoriũ. ⁊ nõ ꝙ sp̄ ita sint. Al̃ dõm ꝙ qñ dr̃ albedo sortis p̄cat̃ respectꝰ ad s̄biectũ. ⁊ ergo dat ĩtelligere illd̃ albũ demr̃ato sorte.

Commune est omnibus quinqꝫ predicabilibꝰ de pluribus predicari.

Postq̄ꝫ pe. hys. determinauit de vnoq̄ꝫ p̄dicabili s̃m se ⁊ absolute. hic ꝯn̄r determinat de ip̄is respectiue ⁊ cõpatiue s̃m cõuenientiã ⁊ drñaꝫ. Et p̄ cõpat p̄dicabilia penes cõueniẽtiaꝫ. scd̃o penes drñaꝫ. qꝛ cõueniẽtia hꝫ se sic hĩrꝰ. ⁊ drĩa hꝫ se sic p̄uatio. s̄ hĩrꝰ ẽ añ p̄uationẽ. Dicit ergo ꝙ cõe est oĩbus q̄nqꝫ p̄dicabilibꝰ de plibꝰ p̄dicari. Et illa cõueniẽtia seu cõitas p̄ probatur ex diffinitõe p̄dicabil̃. in q̄ dr̃. p̄dicabile ẽ aptũ natũ dici d̃ plibus. qꝛ vl̃e sup̄ qd̃ fundat̃ rõ p̄dicabilitat̃ aptũ natũ ẽ e[...] mult̃. Scd̃o pꝫ h̄ idẽ inductiue. qꝛ genꝰ p̄dicat̃ de plibꝰ spẽ drñtibꝰ. spẽs vero de plibꝰ numero drñtibꝰ. drña de plibꝰ spẽ drñtibꝰ. ꝓpriũ ãt de spẽ. ⁊ illiꝰ spẽi indiuiduis. accñs vero de plibꝰ subiectis. quẽadmodũ albũ de equo hoĩe ⁊ pariete. ergo oĩa p̄dicabilia cõueniũt in hoc qd̃ ẽ de pluribꝰ p̄dicari.

Or Utrũ cõe sit oĩbꝰ q̄nqꝫ p̄dicabilibꝰ de pluribꝰ p̄dicari. Dõm ꝙ sic. qꝛ de rõe p̄dicabilis ⁊ vl̃is in cõi est p̄dicari de multis. s̄ oĩa quinqꝫ p̄dicabilia conueniũt in ratione p̄dicabilis. ergo etiã conueniũt ĩ hoc qd̃ est de pluribus predicari.

Ar Propriũ est p̄dicabilibꝰ p̄dicari de pluribꝰ. ergo eis nõ ẽ cõe. Añs pꝫ qꝛ p̄ hoc distinguunt̃ ab indiuiduis. Dõm ꝙ p̄dicabilia compant̃ duplr̃. vno mõ ad indiuidua. ⁊ sic ẽ eis ꝓpriũ de pluribꝰ p̄dicari. Alio mõ comparant̃ inter se. ⁊ sic est eis commune. qꝛ oĩbus conuenit.

Ar Propriũ ẽ vnũ p̄dicabile. ⁊ tñ nõ p̄dicat̃ de pluribꝰ. Scd̃a ps assũpti ꝓbat̃. qꝛ p̄dicat̃ tm̃ de vna spẽ. Dõm ꝙ ꝓpriũ fluit ex principijs spẽi. ⁊ ergo immediate p̄dicat̃ de vna spẽ. s̄ tñ mediate p̄dicat̃ de pluribꝰ qꝛ p̄dicat̃ de indiuiduis sub spẽ contẽtis. Neqꝫ req̄rit̃ ꝙ oẽ p̄dicabile immediate de pluribus p̄dicet̃. Uel dõm ꝙ ꝓpriũ etiam immediate de pluribus p̄dicat̃. qꝛ p̄dicat̃ de spẽ s̃m ꝙ spẽs est contracta ad indiuidua.

Differunt autem quoniam genus predicat̃ de pluribus q̄ꝫ alia ideo differt ab alijs

Hic compat vl̃ia adinuicẽ penes drñam. ⁊ p̄ compat genus ad oĩa alia ponendo drñam ip̄ius ab alijs. dicẽs ꝙ p̄dicabilia drñt. qꝛ genꝰ p̄dicatur plus de pluribus q̄ꝫ alia. ⁊ id̃ differt ab alijs. Patet qꝛ de q̄buscũqꝫ p̄dicatur spẽs drña ꝓpriũ ⁊ accidẽs. de illis p̄dicat̃ genus.

Ar Per idem non ꝯuenit aliq̄d cū alijs ⁊ differt ab eis. ſ gen⁹ ꝯuenit
cū alijs p̄dicabilib⁹ p h̄ ꝙ p̄dicat̄ de plurib⁹. vt dicit text⁹ p̄cedēs
q̄ p idē non differt ab alijs. Dōm ꝙ aliq̄d dr̄ p̄dicari de plurib⁹ dupliciť.
Uno mō ſimplr̄ ⁊ abſolute. vt valet de plurib⁹. i. de multis. ⁊ in h̄ oīa con
ueniunt. Alio mō compatiue. i. magis de multis. ⁊ ſic genus differt ab ali
is in hoc ꝙ de pluribus predicat̄.

Ar Spēs pl⁹ p̄dicat̄ de plib⁹ q̄ȝ gen⁹. Probat̄. qꝛ hȝ plura inferiora.
q̄ȝ gen⁹. cū pl'es ſint ſpēs q̄ȝ genera. Dōm. ꝙ ſpēs capiť duplr̄. vno
mō ꝓ ſcđa intentione. Alio mō ꝓ re ſubſtrata. iā dr̄ ꝙ ſpēs ꝓ illa ſcđa in-
tentione eſt cōioꝛ q̄ȝ genus non tñ ꝓ re ſubſtrata illi intentioni.

Ar Pro re ſubſtrata gen⁹ non p̄dicat̄ de plib⁹ q̄ȝ alia. Probat̄. quia
dr̄na p̄dicat̄ de tot de q̄t gen⁹. vt ſenſibile p̄dicat̄ de tot ſicut aīal.
Dōm ꝙ dr̄ña q̄ eſt diuiſiua ſp̄ p̄dicat̄ de paucioribus q̄ȝ gen⁹. ⁊ q̄ p̄t dici
ꝙ duplex eſt dr̄ña. ſ. conſtitutiua ⁊ diuiſiua. mō gen⁹ p̄dicat̄ de plurib⁹ q̄ȝ
differentia diuiſiua. Et non dȝ intelligi de dr̄ña conſtitutiua ſicut eſt ſen-
ſibi'e. Et q̄ñ genus comparat̄ ad dr̄ñam conſtitutiuam. tunc non ē genus
ſed ſpecies.

Ar Accidēs p̄dicat̄ plus de plurib⁹ q̄ȝ gen⁹. Probat̄ qꝛ albū eſt acci
dens. ⁊ de q̄buſcūq̄ȝ p̄dicat̄ aīal de eiſdē p̄t etiā p̄dicari albū. vt di-
cendo. homo eſt aīal. hō eſt alb⁹. leo eſt aīal. leo ē alb⁹. ⁊ vltra h̄ etiā p̄di-
catur de plurib⁹ dicēdo. lapis eſt alb⁹. lignū eſt albū. Similiter quale p̄-
dicatur de oībus ſubſtantijs ⁊ de oībus q̄litatib⁹. ſ non eſt dabile aliq̄d
genus q̄d poſſet de tot inq̄ntū gen⁹ p̄dicari. Dōm q̄ȝuis accn̄s p̄dicet̄ de
plurib⁹ nūero q̄ȝ gen⁹. tñ in rōne p̄dicabil' gen⁹ p̄dicat̄ de plurib⁹ q̄ȝ ac-
cidens qꝛ genus p̄dicat̄ de ſpēbus ⁊ indiuiduis. ſ accn̄s ſm ſe p̄dicat̄ de
indiuiduis tm̄ ⁊ non de ſpēb⁹. niſi ꝓut ſunt ī ſuis indiuiduis. vt hō eſt al
bus. qꝛ hō in cōi non eſt alb⁹. ſ in pticulari. Et in h̄ dr̄ñt accn̄s cōe ⁊ ꝓpri
um. qꝛ accn̄s ꝓpriū p̄mo ineſt ſpēi. ⁊ ex ꝯn̄ti indiuiduis. Sȝ econtra acci-
dens cōe prius ineſt indiuiduis. ⁊ ex ꝯn̄ti ſpecieb⁹. Ad ſcđm dicendum.
ꝙ licet q̄le p̄dicet̄ de omnib⁹ illis ſub ratione accidentis. tñ h̄ ad rationē
accn̄tis non requiritur. ſ ſufficit ꝙ p̄dicet̄ de pluribus indiuiduis. ſ ad
rationem generis requiriť ꝙ p̄dicetur de plurib⁹ ſpeciebus ⁊ eaꝝ indiui
duis. ⁊ pro tanto genus p̄dicatur de pluribus.

Dr̄ña vero differt a genere. qꝛ dr̄ña p̄dicat̄ ī q̄le. ge-
nus āt in q̄d. Itē dr̄ia differt a ſpē ⁊ a ꝓprio. qꝛ dr̄ña
p̄dicatur de plurib⁹ differētib⁹ ſpē. illa āt nō. Differt
etiā dr̄ña ab accn̄te. qꝛ accidēs ſuſcipit intenſionē et
remiſſionē. vel magis ⁊ min⁹. differentia vero nō ſu-
ſcipit magis neq̄ȝ minus.

Hic Pe. hyſ. comparat dr̄ñam ad alia p̄dicabilia penes dr̄ñam. ⁊ primo
comparat ip̄am ad genus. ſcđo ad ſpeciē ⁊ ꝓpriū ſil'. ⁊ tercio ad accidens.
dicens ꝙ dr̄ña differt a genere ⁊c̄. vt p̄ȝ in textu.

Qr Quare pe.hys.cõparando p̃dicabilia adinuicẽ p̃ponat cõpationẽ dr̃ie cõpationi spẽi.cũ tñ supius seruat⁹ sit ordo opposit⁹. Dõm ꝙ hic seruat ordinẽ nature ẜm quẽ dr̃a est prior spẽ.sicut cõstituẽs cõstituto ẜ determinando de p̃dicabilib⁹ absolute ẜuat ordinẽ discipline siue quo ad nos ẜm quẽ spẽs est prior dr̃a.eo ꝙ est compositior.

Ar Genus p̃dicat᷑ in quid.ẜ ⁊ dr̃a.ꝯña tȝ.qꝛ idẽ ẜcant.ẜ termin⁹ ideȝ p̃dicat qd̃ ẜcat. Dõm ꝙuis dr̃a ⁊ gen⁹ idẽ sint ẜm rem differũt tamen ẜm modũ ẜcandi a quo sumit᷑ diuersitas in modis predicandi penes quos predicabilia distinguuntur.

☞ Arguit᷑.rõnale est dr̃a.⁊ tamẽ non p̃dicatur de plurib⁹ speciebus.quia solum de homine predicatur. Dicendum ꝙ textus intelligitur de differẽtia specifica.qꝛ dr̃a specifica p̃dicat᷑ de vna specie cũ qua conuertitur.

Ar Proprietates p̃dicamentoꝝ p̃dicant᷑ de plurib⁹ specieb⁹ ẜ ꝓpriũ non p̃dicat᷑ solũ de vna spẽ. Dõm ꝙ ẜ loquit᷑ Pe.hys.de proprio speciei specialissime. Uel dicendũ ꝙ ille ꝓprietates etiã predicant᷑ cõuersim de vna spẽ quando debite suis speciebus applicantur.

Ar Rõnale ⁊ aĩatum sunt dr̃e.⁊ tñ suscipiũt magis ⁊ min⁹.qꝛ vnus homo est magis rõnalis ꝙ̃ alter.silr̃ brutũ est aĩantius plãta.vt dicit Gil.por. Dõm ꝙ rõnale ẜm suã eẽntiã nõ suscipit magis ⁊ min⁹ licȝ bene ꝑ ꝯpationem ad subiectũ qd̃ est magis ⁊ min⁹ dispositũ ⁊ ꝙ̃tũ ad operationem quo modo intelligit Gil.dcm̃ suũ. Etiã dõm ad primũ ꝙ intẽsio vel remissio cadit supra vsum rõnis.q̃ ẜcat᷑ ꝑ rõnale ⁊ nõ suꝑ eẽntiã aĩe rõnalis.que om̃ibus equaliter inest.

Differt autẽ spẽs a genere.qꝛ gen⁹ ꝯtinet oẽs inferiores spẽs ⁊ nõ ꝯtinet᷑ ab eis. Spẽs ãt differt a differentia.qꝛ ex plurib⁹ differẽtijs bñ ꝯstituit᷑ vna spẽs vt iste dr̃ie rõnale mortale ꝯcurrũt ad constitutionẽ hui⁹ spei homo. Spẽs ṽo nõ ꝯiungit᷑ spẽi vt gignat aliã spẽm. Quedã em̃ ꝑticularis equa licet cuidã ꝑticulari asino ꝑmisceat᷑ ad muli generationẽ ẜ tñ nõ eq̃ ⁊ asinus in cõi. Spẽs aũt differt a ꝓprio.quia species natura prior est ꝓprio.propriũ ṽo posteri⁹ est specie. Preterea eoꝝ termini ⁊ diffinitiones sunt dr̃ites ergo ipsa sunt differẽtia. Spẽs aũt differt ab accidẽte.qꝛ species predicat᷑ in quid:accidẽs ṽo in quale vel quõ se habet. Spẽs etiam natura prior est accñte Om̃e em̃ accidens natura posteri⁹ ẽ suo subiecto.

Hic ponit dr̃aȝ spẽi ab alijs q̃tuor.⁊ primo a genẽ dicẽs.spẽs ꝯtinet᷑ a genere.ẜ gen⁹ cõtinet spẽs.⁊ sic drũt penes cõtinẽs ⁊ contentũ. Scd̃o a dr̃a qꝛ due spẽs nõ ꝯiungunt᷑ ad constituõeȝ t̃cie spẽi.sic due dr̃e.qꝛ rõnale ⁊ mortale cõstituũt hoĩeȝ. Et circa ẜ remouet dubium.qꝛ posset aliq̃s dicere

ꝙ equa ⁊ asinꝰ ꝯcurrūt ad cōstitutionē muli. ḡ due spēs cōcurrūt ad cōsti
tutionē tercie spēi. Rn̄det ī lr̄a ꝙ ꝑticular̄ eq̄ ⁊ ꝑticular̄ asinꝰ cōmiscent̄
ad muli generationē. ꝫ non eq̄ ⁊ asinꝰ vt spēs sunt. Tercio pōit dr̄az spēi
a ꝓprio. ⁊ sunt due dr̄e. prima ē. spēs nā ꝑor ē ꝓprio. ꝓpriū vo posterius.
Scd̄a est. qꝛ spēs ⁊ ꝓpriū hn̄t diuersas diffinitōes. ḡ dr̄nt. tꝫ ꝯn̄a. qꝛ quoꝝ
termini. i. diffinitōnes sunt dr̄ntes ip̄a sunt dr̄a. Quarto compat spēm ad
accidēs. qꝛ spēs p̄dicat̄ in q̄d ⁊ accn̄s in q̄le. vel q̄uo se hꝫ. Et spēs natu-
ra prioꝛ est accn̄te. qꝛ accn̄s posteriꝰ est suo subiecto.

Ar̄ Genꝰ continet̄ in suis spēbꝰ. ḡ textꝰ ē falsus. Ān̄s ꝓbat̄. qꝛ genus
ponit̄ ī diffinitione spēi. ⁊ ē supiꝰ ad spēꝫ. ꝫ supiꝰ actu continet̄ ab
inferiori. Dōm ꝙ illa dr̄a dꝫ intelligi sic. genꝰ cōtinet spēs potestatiue ꝫ
spēs non contīet ip̄m genꝰ ptātiue. ꝫ formalit̄ actu ⁊ intellectū. sicut totū

Ar̄ Ex pluribus entibus in actu exi- -eēntiale ꝯtinet suā ꝑtē.
stentibꝰ non p̄t fieri vnū terciū. ꝫ due dr̄e sunt duo entia in actu. ḡ
ex eis n̄ p̄t fieri vna spēs. Dōm ad maiorē ꝙ ex duobꝰ entibꝰ in actu exi
stentibus ꝓut ī actu sunt nō p̄t fieri vnū terciū. ꝫ bn̄ inq̄ztū vnū hꝫ se ī po
tentia. ⁊ aliud in actu. ꝫ sic est de duabus differentijs.

Ar̄ Ex duabꝰ spēbus p̄t fieri vna tercia spēs. ḡ textꝰ hoc male negat.
Ān̄s ꝓbat̄. qꝛ eq̄ ⁊ asinꝰ sunt distincte spēs. ⁊ tn̄ ex illis fit vna ter
cia spēs mulꝰ. Dōm ꝙ illā obiectionē autoꝛ soluit ī lr̄a. qꝛ q̄uis ex ꝑticu
lari eq̄ ⁊ ex ꝑticulari asino fiat mulꝰ. tn̄ ex eq̄ ⁊ asino in cōi non fit mulꝰ qꝛ
actꝰ ⁊ opationes sunt ip̄oꝝ singulariū. Et qn̄ dr̄ eq̄ ⁊ asinꝰ in ꝑticulari ꝯ
miscent̄ ad ḡnationē muli. ḡ etiā in vl̄i. Tenet ꝯn̄a ꝑ locū ab inferiori ad
supius vel a sil̄i. Et confirmat̄ qꝛ indiuidua accomodāt v̄tutē ḡnatiuam
a spēbus. qꝛ spēs ē formaliter ꝑfcā a q̄ pullulat v̄tus generatiua. Dōm ꝙ
licet eq̄ ⁊ asinꝰ in cōi secundario ꝯmiscētur ad ḡnationē muli ⁊ ꝑ accidēs
non tn̄ ꝑ ⁊ ꝑ se. Etiā nō est sil̄e. vtꝫ ex ꝓbatione argumēti. Et ad confirma
tionem dicendū ꝙ a v̄tutibus essentialibꝰ ⁊ specificis illoꝝ indiuiduoꝝ
non egredit̄ indiuiduū alterius spēi. ꝫ potiꝰ ab ip̄is relatis ad p̄ncipia ꝓ
xima generationis. q̄ sunt caloꝛ nāl̄is informatꝰ v̄tute celesti. ⁊ humidum
complexionale q̄d resultat ex ꝯmixtione seminū in ope ḡnationis. q̄ com-
mixtio nō hꝫ locū a spēbꝰ ſm se captis. Et si querat̄ q̄re ex ꝯiūctōe mu
li cū mula non ḡnatur mulꝰ. sicut ex coniūctione eque ⁊ asino. Dicendū
ꝙ ideo. qꝛ mula non p̄t concipe fetū cū sit frigidissime nāe. ꝫ caliditas est
cā generationis. ⁊ ḡ phs. ij. posterioꝝ dic̄ ꝙ contingit scire in vl̄i ꝙ oīs
mula ē steril̄. ⁊ tn̄ p̄t de ꝑticl̄ari mula dubitari si videat̄ hr̄e magnū vētrē.

Qr̄ Quare spēs naturaliter prioꝛ est ꝓprio. Dicendum ꝙ ideo. quia
oīs causa est prioꝛ suo effectu. ꝫ spēs est cā ꝓprij. ḡ est prioꝛ ꝓprio.
Alia rō. qꝛ subiectū nāliter est an̄ passionē. q̄ est eiꝰ accn̄s. ꝫ spēs hꝫ se sic̄
subiectū. ⁊ ꝓpriū sicut passio. ḡ. Et qn̄ dr̄ spēs ⁊ ꝓpriū de se inuicē predi-
cantur. vt eq̄ de equis. ḡ vnū non est prius altero. Dicendū ꝙ q̄uis spe
cies non sit prioꝛ ꝓprio ſm tp̄s. tn̄ est prioꝛ ꝓprio ſm naturā. sic etiā dic̄ te
xtus ꝙ spēs nāliter est prioꝛ ꝓprio. sicut cā nāliter est an̄ effectū. Sed di
ceres actus sunt singulariū primo Metha. ꝫ spēs non est singulare. ḡ nō
potest causare ꝓpriā. Dicendū ꝙ actus sunt singulariū vel circa singula
ria. ⁊ sic spēs non causat ꝓpriū nisi inq̄ztum est in singularibus.

Ar Illud p̄dicatur in q̄le qđ cōuenienter rn̄det ad interrogationē fa-ctam ꝑ q̄le. s; accn̄s non ꝯueniēter rn̄det ad iterrogationē fcām ꝑ q̄le. ergo ⁊c̄. Minor pʒ. q2 cū q̄rit q̄lis est sortes. male rn̄det iacet studet dormit. Dicendū ꝙ accn̄s p̄dicat ī q̄le vel in quō se hʒ. vt dt̄ Pe. hys. in textu. q2 qn̄ querit. quō se hʒ sortes. rn̄det studet legit ⁊c̄. Etiā ad h̄ pt dici ꝙ duplex est accn̄s. s. noiale ⁊ v̄bale. de accn̄te noiali dʒ interrogari ꝑ q̄le. ⁊ de accidente verbali ꝑ quō se habet.

Propriū āt differt ab accn̄te. q2 ꝓpriū de vna sola spē p̄dicat. cuiꝰ ē ꝓpriū. accn̄s v̄o de pluribꝰ spēbꝰ. Et accn̄s prio inest indiuiduis. ⁊ ꝑ posteribꝰ generibus ⁊ spēbꝰ: non enī hō aut aīal currit. nisi q2 sortes aut plato currit. Propriū āt prio ꝯuenit spēbꝰ.

Hic pe. hys. ponit dr̄am ꝓprij ab acn̄te. s; dr̄a eiꝰ hr̄ ꝑ dr̄am alioꝝ p̄dicabilium ab ip̄o. Et ponit h̄ duas dr̄as inter ꝓpriū ⁊ accn̄s. prima ē. q2 ꝓprium de vna sola spē p̄dicat. s; accidēs p̄dicat de pluribꝰ spēbus. Scđa ē q2 ꝓpriū ꝑ prius inest spēbus. ⁊ ex conseqnti indiuiduis. s; econtra accidens ꝑ prius inest indiuiduis. ⁊ ex consequēti generibꝰ ⁊ spēbus.


☞ Arguitur. Darij non tenet in omnibus terminis cõsimilibus. ergo nõ est formalis consequentia. Antecedens probatur. qꝛ non sequitur omne indiuiduum alicuius speciei est asinus. sortes est indiuiduũ alicui⁹ spẽi ergo sortes est asinus. Dõm q̈ est bonum argumentũ in darij. ꝫ sic maior est falsa. sic et conclusio. Et si dicatur maior est vera. probatur. qꝛ om̃e indiuiduũ istius speciei demonstrando asinũ est asinus. ergo omne indiuiduũ alicuius spẽi est asinus. Consequẽtia probatur. quia bene valet arguendo a singulari ad pticularem sicut hic. iste homo currit. ergo aliquis homo currit. Dõm q̈ ibi non arguitur a singulari ad pticularem. ꝫ virtualiter a singulari ad vl'em. et sic arguitur a non distributo ad distributum ex parte ly spẽi quod in antecedente supponit discrete et in consequente confuse distributiue. qꝛ oĩs obliqu⁹ sequens rectũ distributũ supponit eadem specie suppositionis.

Ar Hic arguit̃ in darij vbi p̃misse sũt vere. et tñ ꝯclusio ẽ falsa. oẽ risibile ẽ aial. tm̃ hõ ẽ risibil'. ergo tm̃ hõ ẽ aial. Dõm q̈ ibi non bene ꝯcludit̃. qꝛ nõ dꝫ plus poni in cõclusione cũ maiore extremitate q̈ ponebat̃ in maiori ꝓpõne cũ p̃dicato illi⁹ sed homo signum tantum nõ ponebatur in maiore propositione. ergo etiam non debet poni in conclusione. quare debet sic concludi. ergo homo est animal.

☞ Arguitur Non sequitur in darij sic arguendo. omne natum est. adam ẽ natus. ergo adam est. Dicendum q̈ ibi non est forma in darij quia hic sũt quatuor termini. Nam medium aliter sumitur in maiore et in mi-

nore. qꝛ in maiore stat solum pro presentibus ⁊ in minore ꝓ presentibus ⁊ preteritis. qꝛ nisi sic minor esset falsa.

Ar̄ Hic bene sequitur. omne currens est asinus. sortes potest eē currens. ergo potest esse asinus. Dōm ꝙ non bene subsumitur. quia plus est predicatū minoris ꝓpōnis q̄ subiectū distributōnis maioris. qꝛ currens est subiectū maioris ꝓpōnis. ſ currens non est tm̄ p̄dicatū minoris. ſ hoc totū pōt eē currens est predicatum.

☞ Ar̄. Non sequitur oēs apl̄i dei sunt duodecim. petrus ⁊ paulꝰ sunt apostoli dei. ergo petrꝰ ⁊ paulꝰ sunt duodecim. Dicendum ꝙ omnes capit̄ dupl̄r. vno mō distributiue. ⁊ tunc est bonus syllogismus in darij. ſ sicut conclusio est falsa ita ⁊ maior. Alio mō capit̄ oēs collectiue. ⁊ tunc maior est indiffinita vera ⁊ ly oēs est pars subiecti. ⁊ sic totum subiectū maioris non est predicatum minoris ⁊ tunc arguitur ex puris particularibꝰ quod est contra regulas generales.

Ferio quartus modus constat ex maiore vniuersali negatiua: ⁊ minore ꝑticulari affirmatiua. ꝑticularē negatiuā directe concludentibꝰ. vt nullū aīal est lapis. quidā homo ē aīal. ergo quidam homo non est lapis.

Hic describit quartū modū prime figure. dicens ꝙ talis constat ex maiore vl̄i negatiua. ⁊ minore ꝑticulari affirmatiua. concludentibꝰ particularem cegatiuam directe. Et syllogismus factus in ferio est perfectꝰ. quia regulatur per dici de nullo. ⁊ nullus alterius indiget preter ea que posita sunt vt appareat euidens ⁊ necessarius. Et est formalis consequētia. qꝛ tenet in omnibus terminis ⁊c̄.

Notandū Qꝛ ferio reducitur ad primū modū secunde figure. ⁊ vlteriꝰ reducit̄ ad secundum modum p̄me figure vnde sic reducit̄ sumendo oppositum ꝯdictoriū conclusionis de ferio cū altera p̄missaꝝ. s. maiori inferēdo oppositū alteriꝰ p̄misse. sed cesare reducit̄ ad celarēt. ⁊ sic ferio reducit̄ ad celarent mediante cesare.

☞ Ar̄. Nullꝰ modꝰ perfectus debet reduci ad modum impꝑfectū. sed ferio est ꝑfectior modꝰ q̄ cesare. ergo ferio nō debet reduci ad cesare. Dicendū ꝙ nullus modus ꝑfectus debet reduci ad modū impꝑfectum. vt ibi sit status. sed vt per illū reducatur vlterius ad modū ꝑfectiorem.

Ar̄ Non sequitur in ferio. nullus maurus valet album. quidam florenus valet mauꝝ. ergo quidā florenus non valet album. Dicendū ꝙ ibi non bn̄ arguitur. qꝛ plus est predicatū minoris q̄ subiectū distributū maioris. qꝛ subiectū maioris fuit maurus. et predicatum minoris ē valet maurum. ⁊ ergo debet sic subsumi. nullus maurus valet album. quidam florenus est maurus. ergo quidam florenus non valet album sed sic conclusio ē falsa. et etiam aliqua premissaꝝ.

Ar̄ Hic non sequitur. nullum animal est species. homo est animal. ergo hō non est species. Item nullū viuens ē mortuū. hō ē viuēs. ergo

homo non est mortuus. Item nullũ generandũ est aĩal. quidam homo est generandus. ergo quidam homo non est animal. Item nullus homo pōt esse regina. vxor regis est homo. ergo vxor regis nõ potest esse regina.

Dōm quod termini ibi nõ tenẽt eodẽ mõ. qz minor extremitas non tenet eodem modo in minore ꝓpõne ꝛ in conclusione. qz hõ stat in minore propositione. ꝓ suis suppositis. vel ad min⁹ nõ repugnat suppositis sed ĩ conclusione stat ꝓ natura cõi abstracta a suis suppositis. ꝛ sic equiuocat hõ ꝛ arguit a suppõe ꝑsonali ad simplicẽ. quare ꝯmittit fallacia figure dictionis. Sed in scdo ꝛ tercio nõ seruat eadẽ ampliatio ex ꝑte ly hõ quod ĩ minore nõ ampliat sed in conclusione ampliat. in quarto vero non seruatur restrictio. vt patet.

Ar̃ In quatuor modis prime figure concluduntur quatuor gña problematũ. ergo alij modi sunt superflui. Tenet ꝯña. qz in illis eadẽ genera ꝓbleumatũ cõcludũtur. Dōm quod quãuis oĩa genera ꝓbleumatũ concludant in quatuor modis. nõ tñ ꝯcludũtur oĩb⁹ modis neqꝫ eque facilr ꝓpter diuersam dispõnem ipi⁹ medij. ꝛ ergo isti modi seqntes nõ sũt superflui.

Baralipton quintus mod⁹ constat ex duab⁹ vlib⁹ affirmatiuis ꝑticularẽ affirmatiuã idirecte concludẽtib⁹: vt oẽ aĩal ẽ substãtia: oĩs hõ ẽ aĩal: ergo quedã substantia ẽ homo. Et reducitur ad primũ modũ prime figure: ꝑ conuersionẽ conclusionis per accidens.

Expeditis modis prime figure directe ꝯcludentib⁹. Hic ꝯñr detminat de modis prime figure ĩdirecte concludentib⁹. ꝛ primo de baralipton. celantes ꝛ dabitis. qz cõueniũt cũ trib⁹ modis ꝑfectis in p̃missis. sed fapesmo ꝛ frisesomorũ nõ hñt conuenientiã cũ aliq mõ ꝑfecto in premissis. ergo vltimo loco ponũtur. Dicit ergo p̃io quod baralipton ꝯstat ex duab⁹ vniuersalib⁹ affirmatiuis. ꝯcludentib⁹ ꝑticularẽ affirmatiuã ĩdirecte. vtz ĩ lr̃a.

Ar̃ Aresto. ponit sufficienter modos p̃ie figure ꝛ nihil dicit de illr̃ trib⁹. celãtes. dabitis. ꝛ baralipton. ergo nõ debent hic poni. Dōm quod modus accipit duplr̃. vno mõ sm suã eẽntiã. i. ꝓ p̃missis tm̃ sicut diffinitur. sic celantes. dabitis. ꝛ baralipton nõ dr̃ñt a trib⁹ primis modis perfectis. ꝛ sic distinguit modos Aresto. Alio° capit ꝓ p̃missis ꝛ conclisõe simul. ꝛ sic distinguũtur a trib⁹ primis. ꝛ sic capit eum pe. hys.

Ar̃ Nõ sequit. om̃e albũ est accidens. omnis homo est alb⁹. ergo quodam accñs est homo. Dōm quod ibi virtualr̃ sunt quatuor termini nam album capitur in maiori abstractiue. alr̃s esset falsa. qz valeret. i. res habens albedinem est accidens. quod est falsum. sed in mĩore capit concretiue per respectum ad suum subiectum.

Qr̃ Utrũ syllogismus factus in baralipton sit perfectus vel imperfectus. Dōm quod est imperfectus. ꝛ ꝑficit qñ reducit ad primũ modum prime figure per connersionem conclusionis de barbara ꝑ accidens et hoc ostensiue. Sed per impossibile ad celarent reducitur sumendo op/

positum contradictorium conclusionis cum maiore que fit minor inferē/
do oppositum contrarium conuersam minoris. vt patet faciliter practicā
ti. Et est formalis consequentia. quod patet per vnam regulam ꝯñaꝝ. q̄ ē
quicquid sequitur ad consequens bone consequentie. sequitur ad ante/
cedens eiusdem. sed ad istas premissas. omne animal est substantia. om/
nis homo est animal. sequitur ista. ergo omnis homo est substantia. ꝛ ad
istam omnis homo est substantia. sequitur ista. quedam substantia est ho
mo. ergo de primo ad vltimum ad easdem premissas sequitur ista con/
clusio quedam substantia est homo que hic concluditur.

Ar Conclusio istius modi non potest conuerti per accidens. ergo cō/
tra textum. Antecedens probatur. quia est particularis. sed ꝓpo/
sitio particularis non potest conuerti per accidens. Dicendum ꝙ ꝙuis
conclusio de baralipton non conuertitur per accidens tamen conuertit
conclusionem de barbara per accidens. sed conuersio capitur hic actiue.
quando dicitur in textu ꝙ reducatur ad barbara per conuersionem con/
clusionis per accidens.

Celātes Sextus modus constat ex maiore vni
uersali negatiua et minori vniuersali
affirmatiua: vl'em negatiuā indirecte ꝯcludentibus
vt nullū animal est lapis: omnis hō ē aīal: ergo nul
lꝰ lapis est hō. Et reducitur ad secundū modū p̄rie
figure conclusione conuersa simpliciter.

Hic ostendit constitutionem sc̄di modi indirecte concludētis qui est ce/
lantes. Dicens ꝙ constat ex maiore vniuersali negatiā. ꝛ minori vniuer/
sali affirmatiua concludentibus vniuersalem negatiuam indirecte exem/
plum patet in textu. Et est iste modus formalis consequentia. quia quic/
quid sequitur ad ꝯñs bone ꝯñe. etiam sequitur ad añs eiusdem. qd̄ etiaꝫ
patet per reductionem eius ad celarent per conuersionem conclusionis
simpliciter. ꝛ hoc ostensiue. Sed per impossibile reducitur ad darij capiē
do ꝯtradictoriū ꝯclusionis ꝓ minore. ꝛ minorē ꝓ maiore inferēdo ꝯuer/
sam contradictorie maioris. vt patet in isto syllogismo. nullum animal ē
lapis. omnis homo est animal. ergo nullus lapis est homo. vbi arguitur
sic in darij. omnis homo est animal. quidam lapis est homo. ergo quidaꝫ
lapis est animal. ꝛ ad istam sequitur quoddam animal est lapis. que ē cō/
tradictoria maioris primi syllogismi.

Ar Nō sequit᷑ in celantes. nullū currens est homo posito ꝙ nullꝰ hō
existat. oīe aīal est currēs. ergo nullꝰ hō est animal. qꝛ p̄misse sūt ve/
re ꝛ conclusio falsa. Dōm ꝙ ibi male arguit᷑. qꝛ virtualr̄ sunt ibi q̄tuoꝛ
termini. qꝛ homo in maiore tenetur solum pro existentibus. ſ in conclusi
one tam pro existentibus q̄ȝ non existentibus.

Dabitis Septimus modus constat ex maiore
vl'i affirmatiua ꝛ minore ꝑticulari af-

firmatiua: particularem affirmatiuam indirecte concludentibus. vt omne animal est substantia: quidaz homo est animal: ergo quedam substantia est homo Et reducitur ad tercium modum prime figure conclusione conuersa simpliciter.

Hic describit terciũ modũ prime figure indirecte ꝯcludentem. dicens ꝙ dabitis constat ex maiore vl̄i affirmatiua. ꝛ minore ꝑticulari affirmatiua concludentib⁹ ꝑticularē affirmatiuā indirecte. vt oē aīal est substantia q̄dam hō ē aīal. ergo quedā substātia ē hō. Et reducit̄ ꝑ impossibile ad celarēt capiēdo ꝯdictoriū ꝯclusionis ꝓ maiore. ꝛ minorē ꝓ minore. inferēdo cōuersam ꝯdictorie minoris. vt faciliter p̄t videri per exēpla. Sed reductio ostensiua sufficienter patet in textu.

Q̄r Quare nō ē aliquis mod⁹ concludēs conclusionē conuertentem in ferio. R̄ñdet ꝙ cā ē. qꝛ ꝯclusio de ferio nō est cōuertibil̄. cuz sit particularis negatiua. que non potest conuerti in terminis. licet bñ ꝑ ꝯpositōz. de qua nihil ad ꝓpositū. qꝛ mutat terminos. Vñ ē regula boetij. ꝙ oīs syllogism⁹ inferēs cōclusionē que potest conuerti pōt inferre indirecte conuertentem eius. ꝛ ecōtra. syllogismus inferens cōclusionē q̄ nō pōt conuerti nō pōt inferre indirecte aliquam conclusionem.

Ar̄ Nō sequit̄ in dabitis. oē aīal est indiuiduū. quoddā gen⁹ ē anīal ergo q̄ddā indiuiduū est gen⁹. Dōm ꝙ non recte arguit̄ in dabitis qꝛ medium aliter capit̄ in minore q̄z in maiore. qꝛ in maiore aīal tenet̄ ꝓ suis inferioribus. ꝛ in minore tenet̄ ꝓ natura cōmuni.

Fapesmo Octauus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua: et minore vl̄i negatiua: ꝑticularem negatiuam indirecte concludētibus. vt omne animal est substantia. nullus lapis ē animal. ergo quedam substantia non est lapis. Et reducitur ad quartum modū prime figure maiore conuersa per accidens: et minore simpliciter: et per trāspositionem premissarum.

Hic ꝓseq̄t̄ de duob⁹ vltīs modis q̄ nō hñt ꝯuenientiā in p̄missis cū q̄tuor primis. Et p̄io de fapesmo dicens. ꝙ ꝯstat ex maiore vl̄i affirmatiua ꝛ minore vl̄i negatiua. ꝯcludētib⁹ indirecte ꝑticularē negatiuā. Et redu cit̄ ostēsiue ad ferio. Sz ꝑ īpossibile reducit̄ ad barbara sumēdo oppositum contradictorium ꝯclusionis ꝓ maiore. ꝛ maiorē ꝓ minore. inferendo oppositā ꝯriā ꝯuersam mīoris. exēpla p̄nt facil'r videri. Etiā p̄t reduci ad celarēt sumēdo oppositū ꝯdictoriū ꝯclusionis loco minoris. seruādo minorē loco maioris inferēdo ꝯriam conuersam maioris, vt faciliter patet practicanti,

Ar Conclusio debet esse silis alicui p̄missaꝝ. vt dicitur primo prioꝝ ꝫ ambe p̄misse de fapesmo sūt vl'es. ergo ꝯclusio erit vniuersalis et non ꝑticularis. Dōm ꝙ conclusio debet esse silis alicui premissarum quo ad qualitatem. sed in fapesmo vna p̄missaꝝ est negatiua. ergo cōclusio erit negatiua. ꝛ non intelligitur quo ad q̄titatem. sicut argumentum procedit. ꝛ sic cōmittit ibi fallacia figure dictionis. qꝛ in maiore intelligitur qualitas. ꝛ in minore sub sumitur q̄titas.

Ar Minore existe negatiua nihil sequitur in prima figura. vt dic̄ p̄ia regula spēalis. sed in fapesmo minor est negatiua. igr̄ ꝛc̄. Dōm ꝙ illa regula intelligitur de modis directe concludentibus modo fapesmo est modus indirecte concludens.

☞ Ar. Fapesmo debet magis reduci ostensiue ad celarent q̄ȝ ad ferio. As sumptū probatur. quia premisse de fapesmo habent maiorem conuenientiam cum celarent q̄ȝ cum ferio Dōm ꝙ q̄uis p̄misse de fapesmo hn̄t maiorē conuenientiā cū celarēt q̄ cū ferio q̄ ad q̄litatē ꝛ q̄titatē. non tamē quo ad sequelam. quia sic magis sequūtur p̄misse de fapesmo ad ferio q̄ȝ ad celarent.

Ar Nullus modus generalis debet poni pro speciali modo. ꝫ fapesmo est modus generalis omnium figurarum. ergo hic male ponitur pro mō speciali prime figure. Dōm ꝙ prima figura ē perfectior alijs figuris. ꝛ sic pe. hys. ponit istos duos vltimos modos ī prima figura pl' q̄ȝ in alijs. non tamen negat quin posset syllogisari ꝑ istos duos modos in secunda ꝛ tercia figuris. ꝛ ꝓpter hoc aresto. ponit eos post oēs figuras ad innuendum ꝙ in omnibus concludi possunt.

Frisesomorum Nonus mod' ꝯstat ex maiore ꝑticulari affirmatiua: ꝛ minori vl'i negatiua: ꝑticularē negatiuā idirecte concludentib'. vt quoddā aīal ē substātia. nullus lapis est aīal. ergo quedā substātia non ē lapis. Et reducitur iste mod' ad quartuȝ modū prime figure: maiore et minore conuersis simpl'r: et ꝑ trāspositionē p̄missaꝝ. Unde oēs conuersiones: ꝑ quas alij modi reducūt ad quatuor primos modos prime figure: sciuntur ꝑ hos versus: Simpl'r verti: vult: s: p: vero per acci: M vult transponi: c: ꝑ impossibile duci.

Hic ostendit formatōȝ noni ꝛ vltimi modi. qui est frisesomorum. Dicēs ꝙ constat ex particulari affirmatiua maiore. ꝛ vniuersali negatiua minore concludentib' ꝑticularē negatiuam indirecte. Et reducitur ostensiue ad ferio maiore ꝛ minore cōuersis simpliciter. ꝛ per transpositōnē p̄missarum. vt patet in textu. Sed per impossibile reducit ad celarent sumendo

oppositū ꝯdictoriū ꝯclusionis ꝓ minore. ⁊ minorē loco maioris inferen do ꝯdictoriū ꝯuersū maioris. Exempla ꝑt videri in textu. Uel etiā redu cit ad darij sumendo ꝯdictoriū ꝯclusiōis ꝓ maiore. ⁊ minorē ꝓ minore. inferēdo oppositū ꝯdictoriū ꝯuersū minoris. Et sic pꝫ. ꝙ frisesomorū est formalis ꝯña. sicut celarent vel darij. Et pōt aliter sic ꝓbari. qꝛ ꝗcq̄d seq̄t ad ꝯñs bone ꝯñe hoc sequit̄ ad añs eiusdē. ſ3 ad ꝑmissas de frisesomoꝝ se quūt̄ ꝑmisse de ferio. ⁊ ad ꝑmissas de ferio sequit̄ ꝯclusio ꝑticularis nega tiua. ergo ēt ad ꝑmissas de frisesomoꝝ sequit̄ ꝯclusio ꝑticularis negatiua.

Ar Maiore existēte ꝑticulari ī ꝑma figura nihil sequit̄. ſ3 maior ī frise somoꝝ est ꝑticularis. ergo nihil sequit̄ in prima figura. Dōm ꝙ ꝗuis nihil sequit̄. maiore exñte ꝑticulari in prima figura directe ꝯcludēdo. tñ bñ indirecte aliq̄d sequit̄. ſ3 frisesomora ꝯcludit indirecte.

Ar Om̄is syllogism⁹ dꝫ regulari ꝑ dici de omni vl' ꝑ dici de nullo. i. dꝫ fieri subsūptio sub subiecto distributiōis. ſ3 in frisesmoꝝ nō fit sub sumptio talis. cū maior sit ꝑticularis affirmatiua. ergo nō ē bon⁹ syllogism⁹. Dōm ꝙ ꝗuis ibi nō fit subsumptio formalit̄. tñ bñ ꝯtualiter inq̄tū in ꝑ missis de frisesomoꝝ intelligunt̄ premisse de ferio. modo ī ferio fit debita subsumptio. ergo ꝯtualiter in frisesomorum fit debita subsumptio. Uel di cendum ꝙ licet non reguleē immediate ꝑ dici de omni. tñ bñ mediate. scꝫ ꝑ reductionem ad ferio.

Equit̄ de secunda figura. cui⁹ tales dant̄ regule

In scđa figura minore exñte ꝑticulari nihil seq̄tur. Itē in scđa figura ex puris affirmatiuis nihil seq̄tur. In secunda figura semper concluditur negatiue. Secunda figura quatuor hꝫ modos.

Postq̄ pe. hys. determiāuit de p̄ria figura ⁊ modis ei⁹. Hic ꝯñr determi nat de secunda figura ⁊ modis ei⁹. Et prima figura ꝑcedit secundā. qꝛ ꝑ ma figura ē ꝑfectior. vt dictū est. Et secunda ꝑcedit terciā ex eodē funda mēto. qꝛ in scđa figura mediū bis ꝑdicat̄. ſ3 in tercia bis subijcit̄. ⁊ ꝑdica tū hꝫ rōnem forme. subiectum vero hꝫ rōnem materie. ſ3 forma dignior est et prior materia. ergo pꝫ ordo. Et determinādo de secunda figura ponit tres regulas. que satis clare tanguntur in littera.

Ar. Illa figura ē ꝑfectior q̄ hꝫ plures modos. ſ3 tercia figura hꝫ sex mo dos. ⁊ secunda tm̄ q̄tuor. ergo est ꝑfectior. Dōm ꝙ ꝑfectio figurarū nō attē dit̄ penes pluralitatē modoꝝ. ſ3 penes ꝑfectionē medij. vel etiā penes ꝑ fectiorē modū ꝯcludēdi. q̄ ꝑfectiori modo sunt in secūda figura q̄ ī tercia. Et qñ dr mediū secunde figure est ꝑfectius q̄ sit mediū prime figure. ergo se cunda figura ē ꝑfectior q̄ prima. Añs ꝓbat̄. qꝛ hoc qđ semꝑ ꝑdicat̄ est ꝑ fectius illo qđ semel subijcit̄ ⁊ semel ꝑdicat̄. Dōm ꝙ licet mediū vt ē ter min⁹ q̄ ꝑdicat̄ sit ꝑfecti⁹ in secunda figura ꝙ in ꝑma. nō tñ ē ꝑfecti⁹ ī rōe medij.

Ar Sicut se hꝫ subiectū ad ꝑdicatū. sic tercia figura se hꝫ ad scđam. ſ3 subiectū ē añ ꝑdicatū. ergo tercia figura ē añ secundā. Dōm ꝙ licet via generatiōis subiectū sit añ ꝑdicatū. tñ via ꝑfectionis ꝑdicatuꝫ

eſt ante ſubiectū.qꝛ ꝑdicatū tenet ſe in rōne forme.⁊ ſubiectū in rōne ma/terie.modo forma eſt ante materiā. ⁊ talē ordinē hic obſeruat Pe.hyſ.

Qr Utrū maiore exiſtente ꝑticulari in ſecunda figura nihil ſequit᷑. vt dicit regula prima. Dōm ꝙ nihil ſeqtur. Cuiꝰ rō eſt. qꝛ ſi maior eſſet ꝑticularis.tūc argueret᷑ a nō diſtributo ad diſtributū ex ꝑte maioris extremitatis. Patet.qꝛ eſt ſubiectū ꝑticularis ꝓpōnis.qḋ nō diſtribuitur ſed ille idē terminus eſſet ꝑdicatum cōcluſionis ⁊ diſtribueret᷑ in ea.quia eſſet ꝑdicatum ꝓpōnis negatiue.qꝛ ſemper cōcludit᷑ negatiue in ſecunda figura. Alia rō eſt.qꝛ tūc darent᷑ termini in quibus omni ⁊ in q̇bus nulli. Termini in quibus omni ſūt aīal.hō.riſibile.arguēdo ſic. quoddā aīal eſt hō.oīe riſibile ē hō.g̃ omne riſibile ē aīal. Termini in quibꝰ nulli ſūt aīal. lapis.riſibile.arguēdo ſic.quidā lapis nō ē animal.omne riſibile eſt aīal.ergo nullū riſibile eſt lapis.

Ar Bene ſequit᷑.quidā homo eſt aīal.nullus lapis eſt aīal.ergo qui/dam lapis nō eſt homo. Dōm ꝙ hoc eſt grā materie.qꝛ nō formalit᷑ tenꝫ in omnibꝰ terminis. Et quādo dicit᷑ ex maiore ꝑticulari affirmatiua ⁊ mi nore vniuerſali negatiua in hac figura poteſt aliquid ſequi formaliter. er go ⁊c̄. Aña probat᷑.qꝛ conuertendo minorem ſimpliciter ſequit᷑ cōcluſio in prima figura.ergo etiā ſequit᷑ ex iſta combinatione in hac figura. Et cō firmat᷑.qꝛ aliqui ponūt preter modos hic poſitos duos alios.ſcꝫ riſſedo et robaco.in quibus maior eſt particularis. Dōm ad ambo ſimul.ꝙ ille cōſequentie ſunt bone ad concludendū indirecte.nec hoc eſt contra regu lam.qꝛ Petrus hyſ.inſequendo Boetiū ponit ſolum modos directe con cludentes ⁊ regulas ꝓ illis.

Ar Friſeſomoꝝ eſt formalis ꝯña in oībus figuris.⁊ maior eſt ꝑticula ris illo modo.g̃ bñ ſequit᷑ aliquid in ſecunda figura maiore exiſtē te ꝑticulari. Dōm vt priꝰ ꝙ friſeſomoꝝ eſt bñ formalis ꝯña in oībus fi/guris cōcludendo indirecte.ſed nō directe.mō iſta regula intelligit᷑ ḋ mo dis ſecunde figure directe concludentibus.

Qr Quare in ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequit᷑. vt di cit ſcḋa figura. Dōm ꝙ ideo.qꝛ ſi ſic argueret᷑.tunc mediū nullibi diſtribueret᷑.eo ꝙ ꝑdicata ꝓpōnis affirmatiue nō diſtribuunt᷑.ſed ꝓpt᷑ vni onē duoꝝ extremoꝝ cum vno tercio cōmuni pro diuerſis eius partibꝰ nō ſequit᷑ vnio ipſorum inter ſe.vt ꝓpter vnionem extremitaum iſtarum. ſcꝫ hoīs ⁊ equi in animali.non ſequit᷑ vnio earū inter ſe. Alia ratio eſt. qꝛ ſi argueretur ex puris affirmatiuis tunc darent᷑ termini in quibꝰ omni et in quibus nulli. Termini in quibus omni ſunt hō aīal riſibile ſic arguendo omnis hō eſt animal.oē riſibile eſt aīal.cum quibus ſtat iſta cōcluſio in ve ritate.ergo omne riſibile eſt hō. Termini in quibꝰ nulli ſunt aſinꝰ animal hō.ſic arguendo oīs hō ē aīal.oīs aſinus eſt animal.cū quibꝰ ſtat hec cō/cluſio in veritate.ergo nullꝰ aſinus eſt homo.

Ar Hic arguit᷑ ex puris affirmatiuis.⁊ tñ bñ valet iſta. quoddā aīal eſt ſortes.quidā homo eſt ſortes.ergo quidā hō eſt animal. Dōm q̄uis ibi aliquid ſequit᷑ materialiter grā terminoꝝ.ſ.qñ mediū eſt termi/nus ſingularis ſingulariter tentꝰ.nō tñ ſequit᷑ in oībus terminis.ſ.cōmu

nib⁹. qui pñt capi pro diuersis. Etiã q̃uis ibi aliquid sequat̃ p syllogismũ expositoriũ. nõ tñ p syllogismũ simpliciter dictũ. Añ sylls expositori⁹ bñ valet in secunda figura affirmatiue. sed nõ negatiue. q2 al's argueret̃ a nõ distributo ad distributum.

Qr̃ Que est ratio tercie regule. Dõm q̃ tercia regula sequit̃ correlarie ex secunda. ex quo eñ ex puris affirmatiuis nihil sequit̃ in secunda figura. oportet alterã p̃missarũ esse negatiuã. Et q2 regula generał est. si aliqua premissaꝝ fuerit negatiua. o3 cõclusionẽ negatiuã. quod dicit ista regula. ergo est vera.

Ar̃ Si in secunda figura semp̃ negatiue cõcluderet̃. tunc tercia figura esset p̃fectior q̃ȝ secunda. Seq̃la p̃bat̃. q2 figure hñt suas p̃fectiones a p̃fectiori mõ cõcludendi. Dõm q̃ ex illa parte est perfectior. sed q2 secunda figura semper cõcludit vniuersaliter. ⁊ tercia figura concludit sp̃ particulariter. ideo ex alia p̃te secunda figura perfectior est q̃ȝ tercia. Añs in secũda figura concludunt̃ tria genera probleumatũ. sc3 vniuersale p̃ticulare ⁊ negatiuum.

Qr̃ Quot sunt modi secunde figure. Dõm q̃ quatuor. s. cesare camestres festino ⁊ baroco. Quorum sufficientia sic sumit̃. nam modus est ordinatio duarũ p̃positionũ in qualitate ⁊ q̃ntitate. vel ergo ille due p̃misse sñt ambe vl'es aut ambe p̃ticulares. vel maior est vl'is ⁊ minor particularis. vel maior est p̃ticularis ⁊ minor vl'is. Si ambe p̃misse sint vl'es hoc est quadrupliciter. vel ambe sunt affirmatiue vel ambe negatiue. vel maior affirmatiua ⁊ minor negatiua. vel maior negatiua ⁊ minor affirmatiua. Si ambe sint affirmatiue sic nihil sequitur per regulã specialẽ. q2 in secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequit̃. Si ambe sint negatiẽ. sic iterũ nihil sequitur per regulam generalẽ. q2 ex puris negatiuis nihil sequitur. Si maior sit affirmatiua ⁊ minor negatiua. sic est camestres. Si vero econtra maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua. sic est cesare. Si ambe sñt p̃ticulares. sic etiã nihil sequitur per regulam generalẽ. quia ex puris particularib⁹. indiffinitis. ⁊ singularibus nihil sequitur. Si maior sit vniuersalis ⁊ minor particularis. hoc est quadrupliciter. vel ambe sunt affirmatiue. ⁊ sic nihil sequitur per regulam specialẽ. vel ambe sunt negatiue. et sic etiam nihil sequitur per regulam generalem. vel maior est affirmatiua ⁊ minor negatiua. ⁊ sic est baroco. vel maior est est negatiua ⁊ minor affirmatiua. ⁊ sic est festino. Si maior est p̃ticularis ⁊ minor vl'is. hoc est quadrupliciter. ⁊ quocũq3 modo disponat̃ semper est cõbinatio inutilis. vt dicit prima regula spẽalis huius figure.

Cesare Prim⁹ mod⁹ p̃stat ex maiore vl'i negatiã ⁊ minore vl'i affirmatiua. vl'em negatiuã directe p̃cludentib⁹. vt null⁹ lapis ẽ aĩal. oĩs homo est aĩal. g̊ null⁹ homo ẽ lapis. Et reducitur iste mod⁹ ad scd̃m modũ prime figure: maiore conuersa simplicit̃.

Hic ꝯñr determinat de modis secũde figure in speciali. ꝛ primo de cesa/re. manifestans eius formationẽ. Dicẽs ꝙ cesare ꝯstat ex maiore vli negatiua. ꝛ minore vli affirmatiua. cõcludentibꝰ directe vlem negatiuã. Et reducit ostensiue ad celarẽt qꝛ qñ maior de cesare ꝯuertit simplr est bonus sylls in celarent. ꝛ est formalis ꝯña. qꝛ ꝗcqꝗd sequit ad ꝯñs bone ꝯñe. sequitur ad añs eiudẽ. sed cõuersa maiore de cesare ad ꝓmissas eius sequunt ꝓmisse de celarent. ad quas sequit cõclusio negatiua. ꝰ etiaꝫ ad ꝓmissas de cesare sequitur cõclusio negatiua.

Querit Utrũ sylls factus in cesare sit ꝑfectꝰ. Rñm ꝙ nõ. qꝛ sylls ille est ꝑfectus ꝗ regulat euidenter ꝛ immediate ꝑ dici de omni vel dici de nullo. i. ꝙ dꝫ fieri subsumptio sub subiecto distributo. sꝫ in secunda figura nõ fit talis subsumptio. eo ꝙ mediũ bis ꝑdicat. ꝰ ꝛc. ꝰ ꝑficit ꝑ reductionẽ eius ad primã figurã. Pro quo notandũ ꝙ ꝗlibꝫ modus secunde figure reducit ad illũ modũ prime figure ostensiue cũ ꝗ conuenit in capite dictiõis. Sꝫ ꝑ impossibile reducit ad illũ modũ ꝗ cõcludit oppositũ cõtradictoriũ minoris. ꝛ hoc pꝫ ꝑ istã dictionem (odiebã) ꝛ ꝰ cesare reducit ꝑ impossibile ad ferio sumendo oppositũ cõtradictoriũ ꝯclusionis cũ altera ꝓmissaꝝ. s. cum maiore. inferendo oppositũ cõtradictoriũ

Ar Ille sylls regulat euident ꝑ dici de nullo. cuiꝰ maior (minoris. est vlis negatiua. ꝰ sic ẽ cesare. ꝰ regulat manifeste ꝑ dici de nullo. Rñm ꝙ nõ sufficit ꝙ maior sit vlis negatiua. ꝰ etiã requirit ꝙ fiat subsũptio sub subiecto distributionis.

Ar Hic. nullũ dextrũ est sinistrũ. cuiuslibet hoĩs oculꝰ est sinister. ergo nullius hoĩs oculus est dexter. arguit in cesare. ꝛ tñ ꝓmisse sũt vere et conclusio falsa. Rñm ꝙ hic arguit a nõ distributo ad distributũ ex parte li oculus. qꝛ sicut oculus non distribuit in minore. sic etiã nõ deberet distribui in conclusione. ergo debet sic cõcludi. cuiuslibet hoĩs oculus non est dexter. Sed diceres. rectus nõ distribuit. ad distributionẽ obliꝗ ꝰ oculꝰ in cõclusiõe nõ distribuit. Dicendũ ꝙ rectꝰ nõ distribuit ad distributionẽ obliꝗ ꝑ signũ affirmatiuũ. tñ bñ ꝑ signũ negatiuum sicut fit hic.

Camestres Scðs modꝰ ꝯstat ex maiore vli affirmatiua. ꝛ minore vli negatiua vlem negatiuã directe ꝯcludẽtibꝰ. vt oĩs homo ẽ aĩal. nullus lapis ẽ aĩal. ꝰ nullꝰ lapis est homo. ꝛ reducit iste modꝰ ad scðm modũ prime figure. miore ꝛ ꝯclusione conuersis simpliciter ꝛ ꝑ transpositionẽ ꝓmissarum

Hic docet formationẽ secũdi modi huius figure ꝗ est camestres. Dicẽs ꝙ cõstat ex maiore vli affirmatiua. ꝛ minore vli negatiua. cõcludentibus vlem negatiuã directe. Et est camestres formalis consequẽtia. ꝛ ꝑbat eodem modo sicut cõsequẽtia primi modi. Et reducit ostensiue ad celarent. ꝛ nõ est syllogismus ꝑfectꝰ. vt supra dictũ est de cesare. Sed ꝑ impossibile reducit ad darij. qꝛ minor de camestres est vlis negatiua. ꝛ cõclusio de darij est ꝑticularꝪ affirmatiua. ꝛ sic darij ꝯcludit oppositũ ꝯdictoriũ minoris

Ar Cesare ꝛ camestres hñt easdẽ ꝑmissas ꝛ cõclusiones. ergo nõ sũt modi ab inuicẽ distincti. Dñm ꝙ ꝗuis habeant easdẽ premissas. nõ tñ hñt eas eodẽ mõ dispositas ſ; transpositas. mõ transpositio variat modũ. lz non figuram. Etiã nõ habent eandẽ cõclusionẽ. qꝛ conclusio de camestres est. nullus lapis est homo. ꝛ cõclusio de cesare est. nullus hõ est lapis. vt ptz in syllo cuiuslibet.

Ar Maioꝛ in camestres est vlis affirmatiua. ꝛ maioꝛ in cesare est vlis negatiua. sed vlis affirmatiua est añ vlem negatiuam. ergo camestres dz ꝑcedere cesare. Dñm ꝙ hic nõ attendit ordo penes hoc ꝙ maioꝛ sit vlis affirmatiua vel negatiua. ſ; penes faciliorẽ reductionẽ. ꝛ qꝛ cesare facilius reducit ad celarent ꝙ̃ ad camestres. vt pz in textu. ergo ꝑcedit.

Ar Nõ sequit in camestres. oẽ mortuũ est nõ ens. null⁹ hõ ẽ nõ ens ergo null⁹ hõ ẽ mortu⁹. qꝛ ꝯclusio ẽ falsa ꝛ ꝑmisse sũt vere. Dñm ꝙ hic arguit a nõ amplo ad amplũ. qꝛ hõ in minore nõ ampliat. ſ; stat solũ ꝓ pñtib⁹. ꝛ in cõclusione ampliat. qꝛ stat ꝓ pñtib⁹ ꝛ ꝑteritis. Et qñ dr̃ arguere a nõ amplo ad amplũ est arguere ab inferiori ad superius. qꝛ terminus nõ amplus est inferi⁹ ad se nõ ampliatũ. ergo ꝯña erit bona. Dñm ꝙ verũ ẽ. si arguat sine distributione. sed ab inferiori ad supi⁹ cũ distributione est fallacia cõsequẽtis. ꝛ sic arguit hic.

Ar Nõ sequit. cuiuslibet ꝯdictiõis altera ps est vera. cuiuslibet ꝯdictiõis altera ps nõ est vera. ergo nulla ꝯdictio est ꝯdictio. Dñm ꝙ male ꝯcludit. sed deberet sic cõcludi. ergo cuiuslibet ꝯdictionis altera ps nõ est ꝯdictionis altera ps. ꝛ sic cõclusio est vera.

Festino Tercius mod⁹ constat ex maiore vli negatiua ꝛ minore ꝑticulari affirmatiua. ꝑticularem negatiuã directe concludentibus. vt null⁹ lapis est animal. qdam homo est aial. ergo qdam homo non est lapis. Et reducitur iste mod⁹ ad quartũ modum prime figure. maiore conuersa simpliciter

Hic ꝯñr determinat de mõis ꝑticularib⁹ scđe figure. s. de festino ꝛ baroco. ostendens primo ex qb⁹ cõstet festino. vt pz in lr̃a. et est formalis ꝯña. nõ tamen est sylls ꝑfectus. vt dictũ est supra. Et reducit ad ferio ostẽsiue. vt in textu. Sed ꝑ impossibile reducit ad celarent. qꝛ celarẽt cõcludit oppositũ cõtradictoriũ minoris de festino.

Ar Nõ sequit in festino. nũꝙ̃ fuisti in paradiso. aliqs hõ fuit in paradiso. ergo tu nõ fuisti. Dñm ꝙ hic non arguit in festino. qꝛ maioꝛ non est vlis. ſ; singularis modificata a ꝑte ꝑdicati vlitate tꝑis. Vel dñm ꝙ male ꝯcludit sed deberet sic concludi. ergo aliquod animal nõ fuit tu.

Ar Nõ sequit. nullũ aial ꝑter hoiem est rõnale. aliqđ risibile est rõnale. ergo aliqđ risibile nõ est aial. Dñm ꝙ hoc nõ est in festino. qꝛ maioꝛ nõ est simpliciter vlis. ſ; incõplete. Vel dr̃ ꝙ male subsumit. qꝛ dz subsumi aliquod suppositũ aial diuersũ ab hoie, vt asin⁹. ꝛ tũc minoꝛ ẽ falsa,

Ar Nõ sequit̃ in festino. nullũ aĩal dormiens vigilat. q̃dã hõ vigilat ergo q̃dã hõ nõ est aĩal. p̃misse eñ sunt vere cõclusione exñte falsa. Dõm q̃ male cõludit̃. q2 plus est subiectũ maioris q̃ p̃dicatũ cõclusiõis. sed dz sic concludi. g̃ quidam hõ non est aĩal dormiens. ꝛ hoc modo ꝯclusio est vera sicut et p̃misse.

Baroco Quartꝰ modꝰ ꝯstat ex maiori vl̃i affirmatiua: ꝛ minore ꝑticulari negatiua. ꝑticularẽ negatiuã directe concludentibꝰ. vt oĩs homo est aĩal. q̃dam lapis non ẽ aĩal. g̃ q̃daz lapis non ẽ hõ. Et reducit̃ ad primũ modũ prime figure per impossibile. Reducere aũt per impossibile ẽ ex opposito cõclusionis cum altera premissarum inferre oppositũ alterius premisse. sumat̃ eñ oppositũ ꝯclusionis. s. omnis lapis est hõ. cum maiore huiꝰ. s. cum ista. omnis homo est aĩal. infert̃ oppositũ ꝯtradictoriũ minoris. sic arguendo. omnis homo est anĩal. omnis lapis est homo. ergo omnis lapis est animal.

Hic Petrus hys. docet formare quartũ modũ huiꝰ figure. q̃ est baroco. Dicens q̃ cõstat ex maiore vl̃i affirmatiua. ꝛ minore ꝑticulari negatiua. cõcludentibus ꝑticularem negatiuã. Et non põt reduci ad alquẽ modum ostensiue. q2 hoc fieret vel per conuersionẽ. vel ꝑ transpositionem p̃missarum. s̃ nullum illoꝝ est dicendũ. ergo ꝛc̃. Minor ptz. q2 minor non potest cõuerti cum sit particularis negatiua. ꝛ si maior conuerteretur. hoc esset in particularem affirmatiuam. ꝛ sic argueret̃ ex puris particularibus. Etiam non ꝑ transpositionem premissarum q2 sic maior fieret particularis in prima figura. quod est contra vnã regulã specialem prime figure. que est. maiore existente particulari nihil sequitur. ꝛ ergo solum per impossibile reducit̃ ad barbara.

Ar Particularis negatiua cõuertit̃ ꝑ ꝯpositionẽ. g̃ male hic dicit̃ q̃ nõ posset cõuerti. Ahs ꝓbat̃ ꝑ Pe. hys. in p̃mo tractatu. Dõm q̃ cõuersio capit̃ dupl'r. vno mõ vt est passio enũciationis absolute. ꝛ sic bene cõuertit̃ particularis negatiua. Alio modo capit̃ vt est principiũ reductiuum syll'oꝝ imꝑfectoꝝ ad ꝑfectos ꝛ hoc modo nõ potest conuerti. quia in tali reductione debent manere idem termini. sed in cõuersione per contrapositionem mutant̃ termini.

Ar Nõ sequit̃ in baroco. oĩs homo est totũ in q̃titate. sortes nõ est totũ in q̃titate. ergo sortes nõ est hõ. Itez non sequit̃. omnis homo currit per casum. adam nõ currit. ergo adam non est homo. Dõm est ad primũ q̃ maior potest capi dupliciter. vno mõ vt est vl'is. ꝛ sic est bonꝰ syllogismus in baroco, sed sicut conclusio est falsa, ita et maior, Alio mõ ca-

pit maior vt est singularis vel indiffinita ꝓpō. tunc est vera. sed nō valet sylls. qꝛ tunc arguit ex puris particularibus. Ad secundū dōm ꝙ nō ser-uatur debita restrictio. qꝛ hō in maiori restringit stare ꝑ p̄sentibus. ꝛ i cō-clusione non restringit stare ꝑ presentib⁹. sed distribuit ꝑ p̄sentibus p̄-teritis et futuris.

Sequit de tercia figura. cuius tales dantur regule. In tercia figura minore existente negatiua nihil sequitur. Item in tercia figura conclusio semꝑ debet esse paticularis.

Postꝙ pe. hys. determinauit de secunda figura ꝛ modis ei⁹. hic ↄñr determinat de tercia figura. Et dicit ꝙ tercia figura sequit scđam figurā sicͭ impfectū pfectum. qꝛ pfectio figuraꝝ attendit penes pfectionē medij. sed mediū in secunda figura est pfectius ꝙ̄ mediū in tercia. vt patuit supra. ergo secūda p̄cedit terciā. Determinādo igit de tercia figura. p̄io ponit aliqs regulas in modis ei⁹ obseruandas. Prima est. ꝙ in tercia figura minore exn̄te negatiua nihil sequit. Rō est. qꝛ si minor esset negatiua. tunc oporteret cōclusionē esse negatiuā ꝑ regulam generalem. si aliq̄ p̄missarū fuerit negatiua. cōclusio erit negatiua. ꝛ oporteret maiorem esse affirmatiuā iterū ꝑ regulā generalem. qꝛ ex puris negatiuis nihil sequit. ꝛ sic argueret a nō distributo ad distributū. ex pte maioris extremitatis. eo ꝙ p̄dicatum ꝓpōis affirmatiue nō distribuit. ꝛ tamen distribueret in conclussione eo ꝙ esset p̄dicatū ↄclusionis negatiue. qđ semꝑ distribuit. Alia rō est. qꝛ si minor esset negatiua. tunc darent termini in quibus omni ꝛ in qb⁹ nulli. Termini in quib⁹ omni sunt. aīal. hō. asinus. sic arguendo. oīs hō ē animal. nullus homo est asinus. cū illo stat cōclusio vl'is affirmatiua in veritate. ergo oīs asinus est aīal. Et in eadē dispōe cōtingit dare terminos in quibus nulli. q̄ sunt hō aīal lapis. sic arguendo. oīs hō est aīal. null⁹ hō ē lapis. cū q̄ stat ista cōclusio negatiua in veritate. ergo null⁹ lapis est aīal. Secūda regula est. in tercia figura ↄclusio dꝫ eē pticularis. Rō h⁹ regl'e ē. qꝛ si ↄclusio eēt vl'is. tūc sꝑ argueret a nō distributo ad distributū ex pte minoris extremitatis. eo ꝙ p̄dicatū ꝓpōis affirmatiue nō distribuit. tamen distribueret in cōclusione. eo ꝙ esset subiectū ꝓpōis vl'is. Secunda rō ē. q̄a tunc esset dare terminos in quibus omni ꝛ in quib⁹ nulli. vt ptꝫ faciliter practicāti. Tercia rō est. qꝛ talis dꝫ esse vnio extremitatū in cōclusione. q̄lis est vnio ipsarū in p̄missis cū medio. sed p̄misse vniunt cum medio pticulariter. ergo etiā conclusio dꝫ esse pticularis.

Ar. Cōclusio dꝫ esse similis alicui p̄missarū. sed vna p̄missaꝝ in tercia figura sꝑ est vl'is. ergo cōclusio erit vl'is. Dōm ꝙ verū est ꝙ conclusio dꝫ esse sil'is alicui p̄missarū in q̄litate. ꝛ ita pħs intelligit. ꝛ nō in ꝙ̄titate. qꝛ similitudo est rerū differentiū eadem qualitas.

Ar. Quelibet cōclusio pcularis sufficient' pōt cōcludi in prima figura scꝫ in darij ferio ꝛc. ergo ista figura est supflua. Dōm licet oīs cōcl'o particularis sufficienter cōcludat in prima figura sm̄ aliquos mōs cōcludendi, non tn̄ quo ad oēs, sed tercia figura ponit vt particularis ↄcludat

alio mō ſm alias diſpōes pmiſſaꝝ ꝗ ↄcludit in figuris pdictis.

Querit Quot ſint mōi hꝰ tercie figure. Dōm ꝙ ſex. vt patebit in enumeratiōe. Et iſtoꝝ modoꝝ numerꝰ pꝫ p ſufficientiā Nā modus eſt ordinatio duaꝝ ꝓpōnū in debita qlitate ꝛ ꝗtitate. vel ꝗ il- le due pmiſſe ſunt ambe vl'es. aut ambe pticulares. vl' maior eſt vl'is ꝛ mi- nor pticularis. aut maior pticularis ꝛ minor vl'is. Si ambe pmiſſe ſt' vl'es hoc eſt qdruplicit'. qꝛ vl' ambe ſunt affirmatiue. ꝛ ſic ē darapti. vl' ambe ne gatiue. ꝛ ſic nihil ſequit'. vel maior eſt affirmatiua ꝛ minor negatiua. ꝛ ſic iterū nihil ſequit' ꝓpter vnā regulā iſtiꝰ figure. aut maior eſt negatiua et minor affirmatiua. ꝛ ſic eſt felapton. Si ābe pmiſſe ſt' pticulares. h' ē qua druplíciter. ꝛ qcūqꝫ mō diſponant' ſp ē cōbinatio inutil'. Si maior eſt vl'is ꝛ minor pticularis. h' eſt qdrupl'r. vl' ābe ſt' affirmatiue. ꝛ ſic eſt datiſi. vel ambe negatiue. ꝛ ſic nihil ſequit'. vl' maior eſt affirmatiua ꝛ minor negati ua. ꝛ ſic iterū nihil ſequit'. aut maior eſt negatiā ꝛ minor affirmatiua. ꝛ ſic eſt feriſon. Si maior eſt pticularis ꝛ minor vl'is. hoc ē qdrupl'r. qꝛ vl' ābe ſunt affirmatiue. ꝛ ſic eſt diſamis. aut ambe negatiue. ꝛ ſic nihil ſequit'. vl' maior eſt affirmatiua ꝛ minor negatiua. ꝛ ſic iterū nihil ſequit'. vl' maior ē negatiua ꝛ minor affirmatiua. ꝛ ſic eſt bocardo.

Ar Plures ſunt modi tercie figure directe concludentes ꝗ ſex. ꝗ iſta ſufficientia eſt inſufficiēs. Añs pꝫ ſic arguendo. ſortes eſt riſibilis. ſortes eſt hō. ꝗ hō eſt riſibilis. Dōm ꝙ ille nō eſt ſyll's ſimpl'r dictꝰ. ſ; expoſitori us. q fieri pōt in omni figura ſaltē affirmatiuꝰ vt pꝫ inductiue. Exemplū de prima figura. vt ſortes eſt aial. qdā hō eſt ſortes ꝗ qdam hō eſt aial. Exemplū de ſecunda. vt currens eſt ſortes. hō eſt ſortes. ꝗ hō ē currens. Nō eſt tñ eodē mō dōm de ſyll'o expoſitorio negatiuo. vt infra magis pa- tebit. Et nō fit ſyll's expoſitorius in mō. qꝛ ſp oꝫ mediū diſtribui in aliq p miſſarū. ſed terminus ſingularis q eſt mediū ſyll'i expoſitorij nō pōt diſtri bui. Et qꝛ diffinitio ſyllogiſmi pdicta ſibi nō conuenit ꝓpter illā pticulaꝫ (poſitis) q valet. i. in modo ꝛ figura diſpoſitis. iō oportet hic ponere eiꝰ ꝓpriam diffinitionem.

Querit Quid ſit ſyll's expoſitorius. Dōm ꝙ ſyl's expoſitorius eſt cuius mediū eſt terminꝰ ſingularis. vel ſaltē terminꝰ cōis ſingulariter ꝛ vniuoce tentꝰ. cui pōt debite addi hoc cōplexū. oē qđ eſt. Exemplum. vt ſortes eſt aial. ſortes eſt hō. ꝗ hō eſt animal. In q diffini tione tangunt' tres conditiones q requirunt' ad ſyll'm expoſitoriū. qbus ſoluuntur argumenta q poſſunt fieri ad ꝓbandū ꝙ ſyll's expoſitoriꝰ nō ſit formalis ↄña. nec teneat in oībus terminis cōſimilibꝰ ↄſili forma arguen di retenta. Prima eſt ꝙ mediū dꝫ eē terminꝰ ſingularis. ꝛ iō hic nō argui tur expoſitorie. qualitas ſortis eſt albedo. qlitas ſortis eſt muſica. ꝗ muſi ca eſt albedo. Scōa cōditio eſt ꝙ mediū dꝫ teneri ſingulariter ꝛ vniuoce. ꝛ ergo nō ſequit' ſic arguendo expoſitorie demonſtrando ſortē. iſte hō eſt ſortes deinde demonſtrando platonē. iſte hō eſt plato. ꝗ ſortes eſt plato. Tercia cōditio eſt ꝙ medio dꝫ ↄgrue addi. oē qđ eſt. vl' ꝙ a tali medio ad ꝓpōem vl'em valeat ↄña. ꝛ ꝓpterea hic nō arguit' expoſitorie. dicendo hec eſſentia diuina eſt pater. hec eſſentia diuina eſt filiꝰ. ꝗ filiꝰ eſt pater. Et il- lud cōplexū (oē qđ) facit terminū ſingularē ſufficient' teneri ſingularit'

quare illud mediũ hec essentia diuina nõ est sufficienter singulariter renta qꝛ est vna essentia numero in trib⁹ psonis. ⁊ hoc in deo est singulare. ⁊ nõ sequit̃. hec essentia diuina est pater. ꝑ oẽ qd̀ est essentia diuina est pater.

Ar̃ Hic arguit̃ expositorie. iste canis est pater. iste canis est tuus. ꝑ est pater tuus. Dõm ꝙ ibi male infert̃. qꝛ mediũ intrat cõclusionem Etiã minor extremitas nõ subijcit̃ in cõclusiõe. deberet ei sic cõcludi. iste canis est pr̃. ⁊ est tuus. ꝑ qd̀ est tuũ est pr̃. ⁊ ita cõmittit̃ fallacia accidẽtis.

Ar̃ Nõ sequit̃. scĩa sortis est grãmatica. scĩa sortis est musica. ꝑ musica est grãmatica. Dõm ꝙ mediũ hic nõ est termin⁹ singularis ꝭm se totũ. ⁊ licet mediũ teneat̃ ꝓ singulari. nõ tñ tenet̃ singulariter.

Or̃ Per que principia regulat̃ syll's expositori⁹. Dõm ꝙ affirmatiui expositorij regulant̃ ꝑ hanc maximã. quecũqꝫ sunt eadẽ vni singulari singulariter ⁊ vniuoce tento. etiã sũt eadẽ inter se. ⁊ negatiui regulantur ꝑ hanc maximã. quecũqꝫ sic se hñt ꝙ vnũ illorũ est idẽ vni singulari singulariter tento. cui alterũ nõ est idẽ. illa sũt diuersa inter se.

Ar̃ Oĩs syl's dꝫ regulari ꝑ dici de oĩ vel dici de nullo. ꝭ syll's expositorius nõ regulat̃ ꝑ dici de oĩ vel dici de nullo. ꝑ. Dõm ꝙ duplex est syll's. quidã est cõcludẽs ad intellectũ. cui⁹ mediũ est terminus cõis. cui põt addi signũ vl'e. Alius est syll's cõcludẽs ad oculũ vel ad sensũ. cui⁹ medium est termin⁹ singularis. ⁊ vocat̃ syll's expositori⁹. qꝛ exponit syllogismum ad intellectũ. qꝛ ꝑ ipm videm⁹ extrema vniri cuꝫ medio in vno singulari supposito. Tũc dꝛ ꝙ maior est vera de syll'o cõcludente ad intellectũ. quia syll's expositori⁹ hꝫ alia principia. vt patuit. Sꝫ ꝙ Aresto. nõ determinat de syll'o expositorio. iõ est. qꝛ ars ⁊ virtus hñt fieri circa difficilia. sed syll's expositorius est manifestus ꝗ ad sensum. qꝛ ꝓcedit ex singularibus q̃ sensu cognoscuntur.

Or̃ Utrũ syll's expositorius valeat in oĩbus figuris. Dõm ꝙ nõ valꝫ in secũda. siue maior sit affirmatiua et minor negatiua siue ecõtra. Primũ ptꝫ. qꝛ nõ sequit̃ aliqd̀ aĩal est sortes. aliquis asin⁹ nõ est sortes. ꝑ aliq̃s asinus nõ est aĩal. qꝛ p̃misse sunt vere. ⁊ cõclusio est falsa. Secũdũ ptꝫ. qꝛ nõ sequit̃. aliqd̀ aĩal nõ est sortes. aliq̃s hõ est sortes. ꝑ aliq̃s hõ est animal. Causa est. qꝛ arguit̃ a nõ distributo ad distributuꝫ ex pte maioris extremitatis. sed si maior distribueret̃ dicendo omne aĩal. vel nullũ aĩal. bene sequeret̃. qꝛ tunc non esset predictũ inconueniens. Sed si maior fuerit negatiua ⁊ minor affirmatiua. tunc bene valet in prima figura ⁊ in tercia. vt bene sequitur in prima. sortes nõ est asinus. quidã hõ est sortes. ergo quidã homo nõ est asinus. In tercia figura pꝫ. vt sortes nõ currit. sortes est homo. ꝑ q̃dam hõ nõ currit. Sꝫ si maior fuerit affirmatiua ⁊ minor negatiua. tũc nõ valet. qꝛ tunc argueret̃ a nõ distributo ad distributuꝫ. vt ptꝫ sic arguẽdo in prima figura. sortes est aĩal. asinus nõ ẽ sortes. ꝑ asin⁹ nõ est aĩal. Uel sic in tercia figura. sortes est aĩal. sortes nõ ẽ asinus. ꝑ asinus nõ est animal. qꝛ p̃misse sunt vere et cõclusio falsa. Et iõ notandũ est. ꝙ speciales regule figurarum debent etiã seruari in syll'o expositorio.

Tercia figura sex hꝫ modos

Darapti Primus mod⁹ ꝯstat ex vl'i affirmatiua maiori. ꝛ vl'i affirmatiua minori. ꝑticulare affirmatiuã directe concludentib⁹. vt oīs hõ est iba. omnis hõ est anial. ḡ quoddã aial est iba. Et reducitur ad tercium modum prime figure. minore conuersa per accidens.

Hic determinat de modis tercie figure. ꝛ primo p̄mittit numerũ modorũ dicēs ꝙ tercia figura hꝫ sex modos. quoꝝ prim⁹ est darapti. ꝛ cōstituit̄ ex vl'i affirmatiua maiore. ꝛ vl'i affirmatiua minore. ꝑticularē affirmatiuã cōcludentib⁹ directe. vt oīs hõ est substātia. oīs hõ est anial. ḡ quoddã aial est substātia. Et pōt tribus modis ꝓbari ꝙ darapti sit formalis ꝯñ. Primo reducendo darapti ostensiue ad terciũ modũ prime figure. Scd̃o reducendo ip̄m ꝑ impossibile ad scd̄m modũ prime figure. Tercio ꝓbat̄ ꝑ syllogismũ expositoriũ.

Qr Quare plurib⁹ ꝓbationibus ꝓbant̄ isti modi q̄ꝫ modi aliaꝝ figurarũ p̄cedentiũ. Dōm ꝙ modi tercie figure sunt imꝑfectissimi et ergo indigent plurib⁹ ꝓbationib⁹. Et reductio isti⁹ primi modi ostensiua satis patet in textu. Sed ꝑ impossibile reducit̄ ad celarent. sumendo oppositum ꝯdictoriũ cōclusionis cum altera p̄missarũ. s. minore. ꝛ inferre oppositũ contrariũ alterius p̄misse. Sed ꝑ syll'm expositoriũ ꝓbat̄ sic. qꝛ ad p̄missas de darapti sequunt̄ p̄misse syllogismi expositorij. sed ad p̄missas sylli expositorij sequit̄ cōclusio ꝑticularis affirmatiua. ergo etiã ad p̄missas de darapti sequit̄ talis cōclusio. vt si iste p̄misse sint vere. oīs hõ ē substantia. oīs hõ ē aial. etiã iste sunt vere. sortes est substātia. ꝛ sortes ē aial ergo q̄ddã aial est substantia. vbi ad p̄missas singulares sequit̄ conclusio ꝑticularis affirmatiua. ergo etiã ad p̄missas de darapti eadē sequit̄ ꝯclusio. qꝛ quicquid sequit̄ ad ꝯñs bone ꝯñe etiã sequit̄ ad añs eiusdem.

Ar Mod⁹ ꝑfect⁹ nõ dꝫ reduci ad modũ imꝑfectũ. sed darapti est modus perfectior q̄ꝫ darij. ergo nõ dꝫ reduci ostēsiue ad darij. Minor patet. qꝛ darapti est mod⁹ vl'is. ꝛ darij particularis. Dōm ꝙ modi vl'es sunt ꝑfectiores in eadeꝫ figura q̄ꝫ ꝑticularrs. nõ tñ in diuersis figuris. modi eñ ꝑticlares prime sunt ꝑfectiores q̄ꝫ modi vl'es in alijs figuris. eo ꝙ euidentius concludunt.

Ar Reducere ꝑ impossibile est sumere oppositũ ꝯtradictoriũ cōclusionis cũ altera p̄missarũ. ꝛ inferre oppositũ alterius p̄misse. ḃ sic non fit qñ darapti reducit̄ ad celarent ꝑ ip̄ossibile. qꝛ ibi sumit̄ oppositũ ꝯriũ maioris. ḡ male reducit̄ ad celarēt ꝑ impossibile. Dōm ꝙ q̄ꝫuis primo ꝛ se sumat̄ cōtrariũ. tñ ex ꝯñti sumit̄ cōtrariũ maioris. Unde in omnib⁹ modis tercie figure est sumendum oppositum ꝯdictorium maioris. exceptis duobus. s. darapti ꝛ felapton. in quibus sumit̄ oppositum cōtrariũ.

Ar Nõ sequit̄ in darapti. oīs homo est albus in casu possibili. oīs hõ inq̄ꝫtum homo est risibilis. ergo quoddã risibile inquantum risibile est album. ergo darapti non est formalis consequentia. Dōm ꝙ nõ hꝫ

ne cōcludit̄.qꝛ plus ponit̄ ad p̄dicatū cōclusionis q̄ȝ ad p̄dicatū maioris ꝓpositionis.qꝛ inquantum non ponebat̄ ad p̄dicatum maioris ꝓpositionis.cum sit determinatō medij.ergo nec debet poni ad p̄dicatum conclusionis.debet ergo sic concludi.ergo quoddam risibile est album.Uel potest concludi cum implicatione ad subiectum.ergo quoddā risibile inquātum est homo est album. Et qn̄ dr.hō est medium ⁊ nō intrat cōclusionez ꝙ male cōcludit̄. Dōm q̄ nullū mediū vt mediū dꝫ intrare cōclusionem. ꝗ bn̄ vt est aliquod determinans extremitatem.

Ar Hic arguit̄ sine reduplicatiōe.⁊ tn̄ nō sequit̄.Cuiuslibet hominis oculus est dexter.cuiuslibet hominis oculus est sinister.ergo dextrū est sinistrū. Dōm q̄ ibi male arguit̄.qꝛ plus subijcit̄ in p̄missis q̄ȝ in eis distribuitur.quia subijcitur hoc totum hominis oculus ⁊ distribuitur tm̄ ille genitiuus hominis.et ergo male subsumitur. sed debet sic subsumi. cuiuslibet hominis oculus est dexter. quilibet homo est animal. ergo cuiuslibet animalis oculus est dexter.Et simili modo dicenduꝫ est de ista. cuiuslibet cōtradictionis altera pars est vera.cuiuslibet contradictionis altera pars est falsa.ergo falsum est verum.quia debet sic subsumi.quelibet cōtradictio est oppositio.⁊ dꝫ sic inferri.ergo cuiusdā oppositiōis altera pars est vera.

Ar Nō sequit̄ in darapti.ab oī hoīe videt̄ pater.ab oī hoīe videt̄ filius.ꝙ filius est pater. Dōm q̄ ibi male cōcludit̄.ꝫ dꝫ sic cōcludi ergo ab eodē a quo videt̄ filius videt̄ etiā pater.

Ar Non sequit̄.oēm hoīem eē rōnalē est ncc̄e.oēm hoīem eē anīal est ncc̄e.ergo aīal eē rōnale est ncc̄e. qꝛ p̄misse sunt vere ⁊ cōclusio est falsa.cū rōnale p̄dicat̄ de homine cōtingenter. Dōm q̄ rōnale nō predicatur simpliciter contingenter de aīali.sed solū ꝫm quid.qꝛ ꝫm aliqd̄ inferius cui cōtingenter cōuenit.cuiusmodi est illud indiuiduū animal quod postea erit siue recipiet naturam rationalem.sed talis cōtingentia ꝫm q̄d stat sub necessitate absoluta. Uel dicendum q̄ cōclusio est necessaria gratia hominis quem constituit.

Felapton

Scđs modus cōstat ex maiori vlī negatiua ⁊ minori vlī affirmatiua.particularē negatiuā directe ꝯcludentib⁹.vt null⁹ hō ē lapis.omnis hō est aīal. ꝙ q̄ddā animal non est lapis. Et reducitur ad quartum modum prime figure ostensiue.minore conuersa per accidens.

Hic ꝯñr determinat de scđo⁰ dicēs. q̄ felapton scđs mod⁹ ꝯstat ex vlī negatiua maiori.⁊ vlī affirmatiua minori.ꝑticularē negatiuā directe concludētib⁹.Et iste modus ꝓbat̄ triplr̄.s.ostensiue.per impossibile.et ꝑ syllogismū expositoriū.sicut superi⁹ dictū est de darapti. Et reducit̄ ostensiue ad ferio.ꝫ ꝑ impossibile reducit̄ ad barbara.qꝛ barbara concludit oppositum ꝯñium maioris de felapton.Et ꝓbat̄ ꝑ syllm̄ expositorium capiendo

vnū singulare sub medio eius. de quo neget maior extremitas. ꝛ affirme tur minor. deinde inferat conclusio ꝑticularis negatiua.

Notandū Qz q̄libet mod⁹ tercie figure ꝑt reduci ꝑ impossibile ad illū modū prime figure. qui concludit oppositū̄ ꝯdictoriū maioris. except℥ duob⁹ primis modis. s. darapti ꝛ felapton. qui reducunt ad illos modos prime figure ꝑ impossibile q̄ ꝯcludūt oppositū ꝯtrariū minoris. ℥ darapti reducit ad celarēt. ꝛ felapton ad barbara. Et hoc pꝫ in illis ꝟsibus leuare romanis.

Ar̄ Hic ar̄ in felaptō. null⁹ hō est gen⁹. oīs hō ē aīal. ℥ aīal nō ē genus ꝛ tñ nō sequit. ℥. Dōm ꝙ aīal nō tenet in minori ꝓpōe et ī ꝯclusione eodē mō. ℥ sūt ꝟtualr̄ q̄tuor termini. Et qñ ꝺr. aīal ꝑdicat in minori ꝓpōe. vt gen⁹. ꝛ in ꝯclusiōe stat aīal vt gen⁹. ℥ sumit eodē mō. Dōm ꝙ̄uis aīal stat vt genus in minori ꝓpōe. tñ tenet etiā ꝑ natura generica ꝯcernente sua supposita. q̄ mō nō capit in ꝯclusiōe. ꝛ sic nō ꝑ oīa eodē mō ponit. Etiā ibi variat suppō. qꝛ aīal in minori supponit ꝑsonalit. et ī ꝯclusiōe simpliciter. Sꝫ diceres. aīal vtrobiqꝫ supponit simpliciter. ℥ hic nō ē mutatio suppōis. Dōm ꝙ aīal in minori ꝓpōe suppōit simplr̄ in scdo gradu. q̄ coincidit materialr̄ cū suppōe ꝑsonali. licet nō formaliter.

Disamis Terci⁹ mod⁹ ꝯstat ex ꝑticulari affirmatiua maiori: ꝛ vl̄i affirmatiua minori: ꝑticularē affirmatiuā directe ꝯcludentib⁹: vt q̄dā hō est alba: oīs hō ē aīal: ℥ q̄ddā aīal ē alba. Et reducit ostēsiue ad terciū modū prime figure: maiore ꝛ ꝯclusione conuersis simplr̄. ꝛ ꝑ transpositionem premissarum

Postq̄ autor determinauit de mōis vl̄ibus tercie figure. hic ꝯñr agit de modis ꝑticularib⁹. ꝛ primo de affirmatiuis q̄ sunt disamis ꝛ datisi. ꝛ prio ostendēs ꝯpōem illi⁹ modi disamis. vt pꝫ in lr̄a. Et iste mod⁹ reducit ostēsiue ad darij ꝑ ꝯuersionē maioris ꝛ ꝯclusionis simpliciter. ꝛ ꝑ transpositionē ꝑmissarū. Et ꝓbat iste mod⁹ sic. qꝛ illa ꝯña est bona. in qua ex opposito ꝯñtis infert oppositū āñtis ꝛc̄. Sed ꝑ impossibile reducit ad celarēt sumendo oppositū ꝯdictoriū ꝯclusionis cū altera ꝑmissarū. s. cū minore. inferendo oppositū alterius premisse.

Ar̄ Nō seq̄tur in disamis. aliq̄s hō est mortu⁹. oīs hō est viuens. ℥ vl̄ viuens est mortuū. Dōm ꝙ termini hic nō tenent eque ample. q̄a hō in maiori ampliat ꝑ pn̄tib⁹ ꝛ ꝑteritis. in minori ꝟo solū stat ꝑ pn̄tib⁹ Et qñ ꝺr. hic seruat ampliatio. ꝛ tñ nō sequit. alicui hoī inest sanitas. oī hoī inest albedo. ℥ albedo est sanitas. Dōm ꝙ male ꝯcludit ibi. nā deberet sic ꝯcludi. ℥ cui inest albedo inest sanitas.

Ar̄ Hic arguit in disamis. a q̄dā hoie videt equ⁹. ab oī hoie videt lapis. ergo a q̄dam lapide videt equus. ꝛ tñ nō sequit. qꝛ ꝑmisse sūt vere ꝛ ꝯclusio falsa. Dōm ꝙ ibi nō bene ꝯcludit. sed deberet sic ꝯcludi. ergo a quo videt lapis ab eodem videt equus.

Circa p̄dicta querit̄ de hoc sophismate. Si nullū tp̄s est aliqḋ temp⁹ est. Probatio. si nullū tp̄s est dies non est. ꝑ locum a toto in q̄titate. ⁊ si dies nō est nox est a cōtrarijs immediatis. ⁊ si nox est aliqḋ tempus est. ergo de primo ad vltimū si nullū temp⁹ est aliqḋ temp⁹ est.

Contra ibi seqt̄ oppositū sequi ad oppositū. ꝗ locutio est falsa ⁊ impossi bilis. Solutio prima est falsa. ⁊ tenet improbatio. Et ḋr ad ꝓbationem. ꝙ illa secunda ɔña. s. si dies nō est nox est. vno mō tenet. ⁊ alio mō non. qꝛ in ista dies nō est p̄t esse vno mō negatio in genere que negat formā ⁊ relinq̇t subiectū. que aliter dicitur negatio in subiecto siue negatio priuās. ⁊ hoc mō ponit temp⁹ esse qḋ se hꝫ vt cōmune ad diem ⁊ noctē. ⁊ hoc mō bn̄ seq̇ tur dies nō est. ergo nox est. sed isto mō nō capit̄ diem nō esse in prima ɔña. Alio mō pōt esse negatio extra genus. q̄ ḋr negatio negans ⁊ nihil relin quens. ⁊ hoc mō tenet prima ɔña cū ḋr. si nullum temp⁹ est dies nō est. sed non tenet secunda cum ḋr. si dies non est nox est. qꝛ locus a ɔ̄rijs immedi atis nō tenet destructiue. nisi cum constantia subiecti ⁊ tunc deberet sic ar gui. temp⁹ est et non dies. ergo ē nox.

Circa p̄dicta q̄rit̄ de hoc sophismate. Si nulla ꝓpō est vera aliqua ꝓposi tio est vera. Probatio. si nulla ꝓpō est vera. ista ꝓpō hō nō est. nō est xa a toto in q̄titate. ⁊ si ista. hō n̄ est nō est vera. sua cōtradictoria ē vera a ɔ̄di ctorie oppositis. ⁊ si sua cōtradictoria est xa aliq̄ ꝓpō est xa. ꝗ de prio ad vltimū. si nulla ꝓpō est vera aliq̄ ꝓpō est vera. Contra. ibi sequit̄ opposi tū ad oppositū. ꝗ locutio ē impossibilis. Solutio pria est duplex. qꝛ ī hac ꝓpōne. nulla ꝓpō est vera. p̄t esse negatio simplr̄ ⁊ extra genus. ⁊ tūc remo uet tam ꝓpōnem q̄ꝫ xitatē eius. ⁊ sic nō sequit̄. nulla ꝓpō est xa. ergo ista homo non est vera. nec ē ibi loc⁹ a toto in q̄titate. qꝛ hoc mō aīs nihil po nit nec ꝓpōem nec veritatē eius. semꝑ enim ɔ̄ns ponit ꝓpōnem xtute de monstrationis. vt cū ḋr illa ꝓpō hō non est. nō est vera. ⁊ sic cōsequens pri me ɔtradicit aīti. ideo isto mō prima est falsa. ⁊ etiā improbatio. Alio mō p̄t esse negatio in genere. ⁊ sic nulla ꝓpō est vera. ista ponit omnē ꝓpōnem ⁊ remouet oēm xitatē a ꝓpōne. ⁊ hoc mō sophisma est verum. qꝛ aīs eius ponit omnes ɔtradictorias simul esse falsas. Unde ex ɔ̄nti ponit oēs ɔ̄di ctorias simul est veras. qꝛ q̄cunqꝫ vna ɔ̄dictoria est falsa. alia est vera. iō prima est xa. ⁊ est vna cōditionalis c⁹ ɔ̄ns nc̄cario seq̇tur ex aīte. Ad im probationē hoc mō ḋm est. ꝙ ibi nō sequit̄ oppositū ad oppositum. ꝗ se q̇tur vna ps ɔ̄dictiōis ad aīs qḋ intra se includit quālibet ɔtradictionē.

Circa p̄dicta q̄rit̄ de hoc sophismate. Si tu es vbiqꝫ tu nō es vbiqꝫ. Pro batio. si tu es vbiqꝫ tu es hic. ⁊ si tu es hic tu non es ibi. ⁊ si tu nō es ibi tu nō es vbiqꝫ. ꝗ de prio ad vltimū si tu es vbiqꝫ tu nō es vbiqꝫ. Cōtra ibi se q̇tur oppositū ad oppositū. ꝗ locutio est īpossibil'. So. pria est simplr̄ xa. qꝛ est vna ɔditional' in q̄ ɔ̄ns nc̄cario seq̇t̄ ex aīte. eo ꝙ p̄mū aīs. s. tu es vbiqꝫ ponit ɔ̄dcōem rōe subiecti ⁊ rōe p̄dicati ei⁹, qꝛ h̄ ꝓnomē tu positum

in subiecto denotat rē singularē aptā natā eē in vno loco tm̄. iō rōe subie-
cti ponit ꝙ tu nō es vbiqȝ. ꝛ rōe p̄dicati ponit ꝙ tu es vbiqȝ. ꝛ ita ponit ꝯ-
dcōem ꝛ nō solū vnā ꝯdictionē sed pl'es. qꝛ sic īpossibile ē pl'a corpa ī vno
loco eē circūscriptiue. ita īpossibilē est idē corp⁹ esse in diuersis locis cir-
cūscriptiue. vn̄ qđ est hic circūscriptiē nō est ibi neqȝ ibi. ꝛ sic de q̄libȝ alio
loco particulari. iō eē vbiqȝ ponit tot ꝯdictiōes ad eē hic. q̄t sſ loca ꝑticu-
laria distātia ab illo loco. iō cū dic̄ tu es vbiqȝ ponunt̄ plures ꝯdcōes. q̄ꝝ
vna ps ponit̄ in ꝯn̄ti. Et ad improbationē d̄r. ꝙ nō sequit̄ oppositū ad op
positū. sed vna ps cōtradictionis ad an̄s. qđ includit vtranqȝ ꝑtem.

Seq̄tur de modo syllogisandi ex cōditionalib⁹.

Is dictis de ꝯsequutiuis videndū est de mō syllogisandi ex ꝯditiōali-
bus. Syll'oꝝ ei alius ē cathegoric⁹. ali⁹ ē hypothetic⁹. q̄ ē ex ꝓpōib⁹
cōditionalib⁹. ꝗ ꝓpō cōditional' est syllogisabilis. ꝛ ncc̄e est in ea fieri de-
scēsum sub an̄te vel sub ꝯn̄te. iō ꝯn̄r videndū ē q̄liter fit qn̄qȝ descēsus sub
an̄te. ꝛ qn̄qȝ sub ꝯn̄te. q̄rū pl'es ponūt̄ regule. Pria est. ꝙ si termini cōes
ponant̄ in an̄te sub eis pōt fieri descēsus. ꝯn̄te ꝑmanēte immobili. vt si hō
currit aīal currit. ꝗ si pl'o currit aīal currit. ꝛ si sortes currit al' currit ꝛc̄ijs.
Scđa regula. ꝙ si termī cōes ponant̄ cū distributione in an̄te ꝛ in ꝯn̄te.
an̄s manet īmobile. ꝛ sub ꝯn̄te p̄t fieri descēsus. vt si oē aīal currit oīs hō
currit. ꝗ si oē aīal currit sortes currit ꝛ pl'o currit. ꝛc̄ijs. Tercia regl'a. si
aliq̄d sequat̄ ad alteꝝ destructo ꝯn̄te destruit̄ an̄s. ꝛ iō tenet affirmatio a
destructiōe ꝯn̄tis ad destructionē an̄tis. vt si hō est aīal. ꝗ si nō ē al' n̄ ē hō.
Quarta regula. si alq̄d sequat̄ ad aliud posito an̄te ponit̄ ꝯn̄s. iō tenet
affirmatio a positiōe an̄tis ad positionē ꝯn̄tis. vt si sol lucet dies ē. Quī-
ta regl'a. q̄cq̄d an̄cedit ad an̄s an̄cedit ad ꝯn̄s. vt si aīal ē suba ē. ꝛ si hō est
al' ē. ꝗ si hō ē suba ē. Sexta regl'a. q̄cq̄d seq̄t̄ ad ꝯn̄s seq̄t̄ ad an̄s. vt si hō
est al' est. ꝛ si al' ē suba ē. ꝗ si hō ē suba ē. ꝛ ꝑ hāc regulā tenet ꝯn̄a a p̄mo ad
vltimū. q̄ ē qn̄ pl'es ponunt̄ ꝯn̄e. ꝛ id quod ē ꝯn̄s in pria fit an̄s in scđa. ꝛ
vltimū ꝯn̄s denotat̄ seq̄ ad primū an̄s. Sed ad videndū negationē ꝛ cō-
tradictionē in modalib⁹ ꝛ in cōditiōalib⁹ ponit̄ ista regl'a. Ad cōditiōalē
negatiuā nō dȝ negari an̄s eius absolute. neqȝ ꝯn̄s absolute. sȝ ꝯn̄a ꝯn̄tis
ex an̄te. Cā est. qꝛ cōditionalis nō ponit suū an̄s nec ꝯn̄s absolute. s̄ hītu-
dinē an̄tis ad ꝯn̄s. iō ista est negatiua. nō si sortes currit hō mouet̄. ꝛ non
ista. si homo currit hō nō mouet̄. qꝛ in ista scđa negat̄ hītudo an̄tis ad cō-
seq̄ns. q̄ designat̄ ꝑ illā cōiunctionē si. Ex q̄ pȝ. ꝙ ad dandū ꝯdictionē ali-
cui⁹ cōditional' oȝ negare ꝯn̄s vt seq̄t̄ ex an̄te. vl' p̄ponendo toti cōditiōa-
li negationē. vt iste ꝯdicūt. si hō ē aīal ē. ꝛ nō si hō est aīal ē. Vn̄ ē regl'a. q̄-
tienscūqȝ negatio p̄ponit̄ alicui ꝓpōi cathegorice vl' cōditiōali facit ꝯdi-
ctoriā. iō d̄r ꝙ nō est veri⁹ dare cōtradictionē q̄ȝ toti ꝓpōi p̄ponere negatio-
nē. Scđo seq̄tur ꝙ veritas cōditiōalis causat̄ ex hītudine an̄tis ad ꝯn̄s. ꝛ
nō ex inherentia p̄dicati ad subiectū. nec in an̄te nec in cōseq̄nte. sicut cau-
sat̄ in cathegoricis. q̄re oīs cōditional' vera est necessaria. ꝛ oīs falsa ē im-
possibilis. quia hmōi habitudo cum sit vera est nc̄caria cum sit falsa est im-
possibilis. qꝛ fundat̄ supra intentiones vl'es. vt sſ totū ps gen⁹ ꝛ hmōi q̄
sūt sꝑ nc̄carie vl' impossibiles. Alteri⁹ seq̄t̄ ꝙ ex īpossibili nō seq̄t̄ q̄dlibȝ
Rō qꝛ in oī cōseq̄nte an̄s se hȝ vt cā ꝯn̄tis. vl' vt cā eēndi. vel ad minus vt

ꝑā cōseq̄ndi respectu alteri⁹ nisi ad ip̄m habeat habitudinē includētis vel
cōtinentis. ꝭ īpossibile nō pōt habere talē habitudinē ad q̄olibet. ğ ad im-
possibile nō sequit̄ q̄olibet. Añ compō impossibil' p̄t tripl'r cōsiderari. vno
mō inq̄ztū impossibilis. alio mō vt compō est. tercio modo vt est compō re
rū q̄ disponunt̄ in enunciatōe vel in argumentatiōe. Duob⁹ p̄mis modis
ex impossibili nihil sequit̄ penit⁹. q2 illo mō nō pōt habere respectū ad ha
bitudinē cōtinētis. Sz tercio mō ex impossibili aliquid sequit̄ q̄ndoq3 p-
pter habitudinē rerū ex quib⁹ fit compō impossibilis. vt si lapis est hō est
aīal. q̄ñq3 vero ꝓpter dispōem forme arguendi. vt oīs lapis est aīal. arbor
est lapis. ğ arbor est animal. sequit̄ conclusio rōe forme arguendi. ⁊ nō p-
pter impossibilitatem p̄missarū. ⁊ p idē habet̄ q̄ nccariū nō sequit̄ ad q̄d-
libet. eo q̄ necessariū nō potest habere habitudinē cōtenti respectu cuiusli
bet ꝯñtis alicui⁹. Ex dictis p3 falsitas duaꝝ regularū ab antiq̄s positarū
Prima est. ex impossibili sequit̄ q̄olibet. vt oīs cōditional' sit vera c⁹ añs
fuerit impossibile. vt si plato est asin⁹ plato est lapis. Scōa regl'a. q̄ nccā-
rū sequit̄ ad q̄olibet. iō oīs cōditionalis d̄r vera cui⁹ ꝯñs est nccariū q̄le
cunq3 fuerit añs. vt si plato est lapis hō est aīal. nccariū dicebant. q2 adve
ritatē cōditionalis exigit̄ q̄ añs nō possit esse verū sine ꝯñte. ꝭ q̄ñ in cōdi
tionali añs est impossibile. cū nullo mō possit esse verū sine ꝯñte. ⁊ q̄ñ ꝯñs
est necessariū sp̄ est verū. iō añs nō pōt esseverū sine ꝯñte. q̄re tales cōditio
nales dicunt̄ esse vere. Sed vt dictū est. ad impossibile nō sequit̄ q̄olibet
nec necessariū sequit̄ ad q̄olibet. iō ille regule sūt false. Et ad rōem eoꝝ d̄r
ꝓ ad veritatē cōditionalis nō sufficit q̄ añs nō possit ꝭm se eē verū. sed re
quirit̄ q̄ nō possit eē veritas eius q̄n includat veritatē ꝯñtis. Ideo nega
tio negat ibi sep̄ationē veritatis ꝯñtis a veritate antecedentis.

Circa p̄dicta querit̄ de hoc sophismate. Si nihil est aliquid est. Proba
tio. si nihil est nihil esse est veꝝ. ⁊ si nihil esse ē verū. hoc enunciabile nihil
est. est verū p locū a cōuertibili. ⁊ si hoc enunciabile ē verū aliq̄d est veru3
a p̄te subiectiua. ⁊ si aliq̄d esse est verū aliq̄d a cōuertibili. q2 esse ⁊ eē verū
cōuertunt̄. ğ de primo ad vltimū si nihil est aliq̄d est. Contra ibi denota-
tur sequi oppositū ad oppositū. ergo locutio est impossibilis. Solutio p̄
ma est falsa. s. si nihil est aliq̄d est. vt ꝓbat improbatio. Et ad ꝓbationem
d̄r q̄ prima ꝯña bene tenet. s. cū d̄r. si nihil est nihil esse est verū. q2 ex impos-
sibili sequit̄ impossibile. dū habuerit aliquā habitudinē ad ip̄m. ⁊ tūc ē lo
cus a cā veritatis enunciabilis tenet etiā secunda ꝯña. s. nihil eē ē verū. ğ
hoc enunciabile nihil est verū. sed tercia ꝯña peccat a dicto ꝭm q̄d ad dcm
simpl'r. s. si hoc enunciabile est verū ⁊c. q2 enūciabile nō p̄t aliq̄d eē sim-
pl'r. s3 solū ꝭm quid. ⁊ iste termin⁹ aliq̄d ponit ens simpl'r. iō ibi arguit̄ a
ꝭm q̄d ad simpl'r. etiā cū d̄r si hoc enunciabile est verū aliq̄d est. est verū. p
hoc ꝓnomē hoc demr̄at̄ hoc enūciabile nihil esse. q2 supponit nō esse. sed
eēntia remouet̄ p hoc ꝯñs aliq̄d esse est verū ponit̄ simpl'r esse. ⁊ sic ponit
ens simpl'r. Añ si aliq̄s recte inspexerit terciā conditionalē videbit q̄ ꝯñs
eius. cōtradicit cām ideo nihil nullā ponit ibi apparentiā. vel si est incidit (ꝭm q̄d ad simplicit̄.

Circa p̄dicta q̄rit̄ de hoc sophismate. Sortes di-
cit verū si sol⁹ plato loq̄t̄. posito q̄ sortes dicat solū platonē loqui. Pro-
batio sortes dicit solū platonē loqui ⁊ verū. si sol⁹ plato loquat̄. ğ sortes

dicit verũ si sol⁹ plato loquat̃. Contra si solus plato loquat̃ nullus ali⁹ a platone loquit̃ a descripto vel diffinito. ⁊ si nullus alius a platone loq̃tur sortes nõ loquit̃ a toto in q̃titate. ⁊ si sortes nõ loquit̃ sortes nõ dicit verũ p locũ a genere. qꝛ loqui supius est ad dicere verũ ⁊ dicere falsum. ergo nõ sequit̃ sortes dic̃ verũ si solus plato loquat̃. So. prima est falsa et ponit ꝯdcõem. qꝛ ponit solũ platonẽ ⁊ nõ solũ platonẽ loq̃. cũ ponat sortẽ dicẽ verũ ⁊ nõ dicẽ vex. cũ oẽs alij a platone excludant̃ respectu illi⁹ act⁹ loquendi. Et pbatio peccat ꝺm acciñs. qꝛ lꝫ solũ platonẽ loq̃ sit verũ ꝺm se si solus plato loquat̃. tñ nõ põt eẽ verũ cũ illo addito. sortes dicit verũ. qꝛ sortes excludit̃ ab actu loquendi. iõ ẽ acciñs. sic̃ si cognoscat̃ chorusc⁹ ꝺm se. ⁊ ille est coopt⁹ nõ tñ sequit̃ ꝙ cognoscat̃ coopt⁹ ꝫ ibi est accidens.

Circa p̃dicta q̃rit̃ de hoc sophismate. Si tu scis te esse lapidẽ tu nõ scis te esse lapidẽ. Probatio. si tu scis te eẽ lapidẽ est verũ. qꝛ nihil scit̃ nisi verũ. ꝫ si tu scias te eẽ lapidez. verũ est tu es lapis a cõuertibili. qꝛ dictũ conuertit̃ cũ ꝓpõne. ⁊ si tu es lapis tu nihil scis p locũ ab oppositis. ⁊ si tu nihil scis tu nõ scis te esse lapidẽ a toto in q̃titate. ꝫ de p̃io ad vltimũ. si tu scis te esse lapidẽ tu non scis te esse lapidẽ. Contra ibi sequit̃ oppositũ ad oppositum. igit̃ ⁊c̃. Solutio sophisma est verũ. qꝛ cõsequens nccario sequit̃ ex añte. vt pꝫ. ad improbationẽ d̃r ꝙ ibi nõ seq̃tur oppositũ ad oppositũ. ꝫ seq̃tur vna ps' cõtradcõis ad añs qd̓ intra se claudit vtrãq; ptez. q̃a hoc añs tu scis te esse lapidẽ rõne hui⁹ verbi scis ponit in obiecto sciaꝫ rõne obiecti scie. sed te eẽ lapidẽ priuat in subiecto sciam. iõ ponit subiectuꝫ scire ⁊ nõ scire esse lapidem ⁊ nõ eẽ lapidem. ⁊ nescire se eẽ lapidẽ. iõ ex primo añte qd̓ includit oẽs illas ꝯdictiões sequit̃ ꝯñs nõ ꝓpter hoc ꝙ ex impossibili sequit̃ qd̓libet. ꝫ qꝛ ex toto integrali sequit̃ q̃libet eius pars

Sequit̃ de verbis incipit ⁊ desinit.

Icto de dcõib⁹ cõsecutiuis dõm est de his v̓bis incipit ⁊ desinit. q̃ dicunt̃ dcões sincathegorematice. qꝛ in eoꝝ expositione affirmatio ⁊ negatio intelligunt̃. ⁊ qꝛ eoꝝ ꝺcatio variat̃ ab adiunctis. qꝛ ꝺm ꝙ reb⁹ pmanentib⁹ aut successiuis adiungunt̃ aliter ⁊ aliter exponunt̃. nã ab ill' reb⁹ dependet eoꝝ ꝺcatio. vñ hmõi v̓bs. incipit ⁊ desinit ꝺcant inceptiones vel desitiones rerũ mutabiliũ. vel ꝺcant esse vl' nõ esse rerũ in suis terminis inicialib⁹ ⁊ finalib⁹. Nã incipit ꝺcat inceptõem q̃ est initiũ esse vel nõ esse rei ⁊ sic denotat esse cũ termino. ⁊ desinit ꝺcat delitionẽ q̃ est finis esse vel nõ eẽ rei. ⁊ cõsequunt̃ sese inuicẽ. qꝛ qd̓ incipit esse nõ desinit nõ esse. ⁊ qd̓ desinit esse incipit nõ eẽ. iõ ambo sunt in eodẽ indiuisibili. vt cũ aliq̃s incipit esse hõ desinit nõ eẽ hõ. ⁊ cum aliq̃s desinit nõ eẽ hõ incipit eẽ hõ. ꝫ qꝛ ꝺcatio hoꝝ verborũ cũ reb⁹ diuersis variat̃. iõ ad videndũ de ipoꝝ ꝺcatione in pticulari primo videndũ est de reb⁹. Rerũ eñ alie sunt pmanentes alie successiue. Permanentes dicunt̃ quarũ totũ esse simul est ⁊ nõ vna ps p⁹ aliã. vt sunt hõ lignũ lapis. Successiue v̓o dicunt̃ q̃rũ eẽ nõ sil' est totũ. sꝫ ꝺm prius ⁊ posterius. ita ꝙ vna ps succedit alteri. vt mot⁹ opatio tp̃s. Et istarũ rerũ sunt due drñe. Prima est ꝙ rerũ pmanentiũ esse est totũ sil' sed successarũ eẽ non est totum simul. ꝫ solũ in successione' ptium. Scd̓a drña est. ptes pmanentiũ possunt esse simul. vt ps hoĩs vel lapidis. sed partes

successiuarum nõ pñt eẽ simul. vt due ꝑtes eiusdẽ motus nõ pñt esse simul neqꝫ due ꝑtes tpis. sed vna est post aliã successiue. impossibile est plura tpa simul esse. Tercia dr̃ña est. ꝑmanentes res sũt priores ſm naturã ꝛ successiue posteriores. qꝛ ꝑmanentes sũt cã successiuarũ. Quarta drã est res ꝑmanentes sunt in se terminate. sed res successiue nõ sũt in se terminate. ꝟ terminanť ad res ꝑmanentes. vt mot⁹ ad q̃ttitatẽ vel qualitatẽ. Itẽ rerũ ꝑmanentiũ q̄dam acquirunť in indiuisibili. vt lumẽ in aere ꝛ hmõi. q̄dam ꝟo in tpe ꝑ intensionẽ aut ꝑ extensionẽ. sicut ea quoꝝ esse est diuisibile ſꝫ ꝑtes intensionis. vt albedo vel nigredo vel ſm ꝑtes extensionis. vt longũ latũ. vñ in reb⁹ ꝑmanentib⁹ q̃rũ eẽ acquirit in indiuisibili. põt dare ꝓmũ instans sui esse ꝛ sui nõ esse. ꝟ nõ dať vltimũ instans sui nõ esse a ꝑteañ nec sui esse a ꝑtepost. vt hoĩs equi bicubiti tricubiti dať primũ sui esse. et non dať vltimũ sui non esse neqꝫ sui esse. Sed in reb⁹ successiuis ꝛ ꝑmanẽtib⁹ quarũ eẽ nõ acq̃riť in instanti nõ dať primũ neqꝫ vltimũ sui esse. sicut motus aut tp̃s. ꝟ dať vltimũ sui nõ esse a ꝑteañ. ꝛ primũ sui non esse a ꝑte post. qꝛ dum habent esse in aliquo tpe hñt nõ esse in termino illius tpis. et sicut inter tp̃s ꝛ terminũ ei⁹ nõ est mediũ. ita nec inter suũ eẽ ꝛ suũ nõ esse. Ex q̄b⁹ ptꝫ ꝙ ꝑmanentia simpl'r in suo principio habẽt eẽ in suo termino nõ esse cũ in ipsis posset dari primũ instans sui esse. ꝛ nõ vltimũ. successiua vero cũ nõ habeant nec primũ nec vltimũ sui generis. principiũ em̃ vel finis tpis nõ est tempus. sed instans nec terminus motus est mot⁹ sed mutatio. ideo non habent esse in suo principio neqꝫ in suo fine. ꝛ qꝛ hoc ꝟbũ incipit dicit principiũ esse rei. iõ hꝫ diuersam significationẽ cũ rebus ꝑmanentibus ꝛ cũ reb⁹ successiuis. rõne cui⁹ ponunť quedã regule. Prima regula. hoc ꝟbũ incipit cũ rebus ꝑmanentib⁹ (quarũ esse in indiuisibili acquiriť) dicit positionẽ pñtis ꝛ negationem ꝑteriti. vt cuꝫ dr̄ plato incipit esse hõ. i. plato nunc est hõ ꝛ prius nõ fuit hõ. Alia regula est ꝙ hoc ꝟbuꝫ incipit cũ reb⁹ successiuis ꝛ cũ ꝑmanentib⁹ (quaꝝ eẽ nõ acq̃riť in instanti dicit negationẽ pñtis ꝛ põnem futuri. eo ꝙ successiua in suo pricipio ñ habent esse. vt cũ dr̄ mot⁹ incipit sensus est. motus ñc non est. ꝛ immediate post hoc erit. vel sortes incipit esse alb⁹. qꝛ aliq̄d solũ dr̄ esse albũ ꝑ excessũ albi supra nigrũ q̄ acquiriť ꝑ motũ ꝛ accessus nõ fit ꝑ indiuisibile. ꝟ ꝑ aliqd diuisibile nõ infinitũ. iõ non p̃t dari primũ instans. in quo aliq̄d p̃t dici albũ. nisi loquendo de ꝑfecto esse albi qd acquiriť in termino mot⁹. ĩdo sensus illius est. sortes nũc nõ est albus ꝛ ĩmediate post hoc erit alb⁹. Similiter hic. sortes incipit eẽ equalis platoni. sensus est. sortes nũc nõ ẽ eq̃lis platoni. ꝛ immediate post hoc erit equalis platoni. sed eẽ equalis consistit in indiuisibili. iõ incipit cum hoc noĩe equalis. sil'r exponi dꝫ sicut cũ alijs reb⁹ ꝑmanentib⁹ quaꝝ eẽ acquiriť in instanti. Alia regula est. hoc verbũ desinit cũ omnib⁹ reb⁹ qñ addiť ip̃i eẽ dicit negationẽ pñtis. ꝛ positionẽ ꝑteriti. Causa est. qꝛ tam in ꝑmanentib⁹ q̃ȝ successiuis nõ dať vltimũ eẽ rei. vt cũ dr̄ plato desinit eẽ hõ. sensus ẽ plato nũc nõ est hõ ꝛ immediate añ hoc fuit homo. vel plato nũc vltimo fuit. ꝛ cũ dr̄ mot⁹ desinit esse sensus est. mot⁹ nũc nõ est ꝛ ĩmediate añ fuit. sil'r qñ hoc ꝟbũ desinit additur nõ eẽ reꝝ simpl'r ꝑmanentiũ diĉ negationẽ pñtis ꝛ positionẽ ꝑteriti. vt cũ dr̄ materia aq̃ desinit nõ eẽ aer. sensus est materia aq̃ non ẽ nũc sub nõ

eſſe aeris ⁊ immediate añ hoc fuit ſub illo nõ eſſe. ꝑ'qñ deſinit addiť non eſſe rerũ ſucceſſiuarũ dicit poſitionẽ pñtis ⁊ negationẽ futuri. qꝛ datur vl timũ non eſſe ſucceſſiuarũ. vt cum diciť. plato deſinit eſſe in motu. ſenſus eſt. plato nunc non eſt in motu. ⁊ immediate poſt hoc non habebit non eẽ in motu. Ex ꝑdictis pꝫ ꝙ hmõi ꝟba. ſ. incipit ⁊ deſinit dant intelligere diuerſa tempoꝛa ꝑ ſuũ ꝟcatum. tñ non ꝟcant illa diuerſa tpa eque pꝛío ſed ꝟm prius ⁊ poſterius. Ratio eſt. qꝛ ſp dicũt affirmationem vnius tpis. ⁊ negationẽ alterius. ⁊ conꝟcant eſſe rei cũ terminatiõe ſp dicũt ꝑ pꝛiꝰ illõ tp̃s de quo dicunt affirmationẽ ꝙ̃ illud cuius dicunt negationẽ. qꝛ affirmatio ꝑtinet ad eẽ rei negatio vero ad nõ eſſe rei. Et ſi dicať. dicunt eſſe diuerſoꝝ tpm. cum impoꝛtent ſp diuerſa tempoꝛa. Dĩm eſt ꝙ tp̃s põt ſumi dupliciť. vno mõ ꝓpꝛie. vt eſt menſura motus. ⁊ iſto mõ impoꝛtať ꝑ ꝟcata illoꝝ ꝟboꝝ. ⁊ ab illo tpe ꝟbũ nõ dꝛ alicꝰ tpis. Alio mõ capiť vt diẽ modus eſſendi ſub tpe. ⁊ ſic eſt modꝰ ꝟcandi ⁊ ab illo dꝛ ꝟbũ alicꝰ tpis. iõ hoc verbũ incipit ex ꝑte illius modi ꝟcandi eſt tm̃ p̃ſentis tpis. ꝙuis impoꝛtet diuerſa tpa ex parte ſui ſignificati.

Circa ꝑdicta q̃riť de hoc ſophiſmate. Soꝛtes deſinit eſſe albiſſimꝰ hoĩm poſito ꝙ ſoꝛtes ſp fuerit albiſſimꝰ hoĩm ⁊ nũc naſcať vnꝰ albioꝛ ip̃o. Probatio. ſoꝛtes nũc nõ eſt albiſſimꝰ hoĩm. ⁊ ĩmediate añ hoc fuit albiſſimus hoĩm. ğ pꝛima eſt ꝟa. Contra ſoꝛtes deſinit eſſe albiſſimꝰ hoĩm. vľ ğ hoĩm q̃ ſunt vľ hoĩm q̃ non ſũt. vel hoĩm quoꝝ q̃dã ſunt. ⁊ q̃dam non ſť. quoꝛuꝫ vtrũqꝫ eſt falſum. Solutio pꝛĩa eſt vera. ⁊ tenet ꝓbatio. Sꝫ ĩpꝛobatio peccat ꝟm accñs. qꝛ deſitio ſiue deſinere eẽ albiſſimũ in pꝛĩa ꝟcat reſpectu hominũ ſimpľr in omni. ⁊ non reſpectu hoĩm q̃ ſunt vel hoĩm q̃ nõ ſunt in ꝑticulari. vñ nõ eſt nccẽ ſi aliq̃õ cõueniat alicui in oꝛdine ad aliq̃õ ſupiꝰ. ꝙ ꝓpterea ſibi cõueniat in oꝛdine ad inferioꝛa eius. ꝑ in talibꝰ cõmittiť fallacia accidẽtis. Queriť de hoc ſophiſmate. Soꝛtes deſinit ſcire q̃cq̃d ip̃e ſciuit. poſito ꝙ ſoꝛtes ſp ſciat tria enunciabilia q̃ noĩanť. a. b. c. ⁊. d. ſit q̃rtum de quo nunc ꝑdat ſcientiam. Probatio. ſoꝛtes non ſcit nũc q̃cq̃d ip̃e ſciuit. ⁊ immediate ante hoc ſciebat q̃cq̃d ip̃e ſciuit. ğ ſoꝛtes deſinit ſcire. ⁊c̃. Contra. ſoꝛ. deſinit ſcire q̃cq̃d ip̃e ſciuit. ꝑ ſoꝛ. ſciuit a. ğ deſinit ſcire a. So. pꝛĩa eſt falſa. vt pꝫ ꝑ ĩpꝛobationẽ. Ad ꝓbationẽ diciť ꝙ maioꝛ eſt duplex. ſ. ſoꝛtes nũc nõ ſcit quicq̃d ipſe ſciuit. eo ꝙ negatio p̃t p̃cedere diſtributionẽ. ⁊ tunc eſt vera. qꝛ poſito ꝙ ſoꝛtes non ſciat illud enunciabile. d. illo modo non ſequiť cõcluſio. Alio modo negatio poteſt ſeq̃ diſtributionẽ. ⁊ eſt ſenſus. q̃cq̃d ſoꝛtes ſciuit nunc ſcit. ⁊ ſic eſt falſa. ⁊ ſequiť concluſio. Ubi notanda eſt regula. qñcunqꝫ incipit vel deſinit coniungiť multitudini vel nomini pľis numeri. dꝫ exponi remouendo totã multitudinẽ. vel vtrunqꝫ de multitudine. vt ſoꝛtes deſinit ſcire q̃cq̃d ip̃e ſciuit. ſenſus eſt. q̃cq̃d ſoꝛtes ſciuit nunc non ſcit. ⁊ ĩmediate pꝛiꝰ ſciuit. ⁊ ſiľr de alijs.

Queriť de hoc ſophiſmate. Soꝛtes deſinit ſcire ſe nihil deſinere ſcire. poſito ꝙ ſoꝛtes ſciat tria enũciabilia neceſſario ita ꝙ nunq̃ obliuiſcatur. ſcꝫ. a. b. c. ⁊ cum illis ſciuerit hoc enunciabile ſe nihil deſinere ſcire. ꝑ nũc illius obliuiſcať. Probatio. ſoꝛtes nũc nõ ſcit ſe nihil deſinere ſcire ⁊ pꝛius immediate ſciuit. ğ ſoꝛtes deſinit ſcire ſe nihil deſinere ſcire. Contra ſoꝛtes deſinit ſcire ſe nihil deſinere ſcire, ergo ſciuit ſe nihil deſinere ſcire

sed quicquid scit̃ est necessariũ. ergo sortem nihil desinere scire est necessariũ ergo nihil desinit scire. ⁊ p ↄñs nõ desinit scire hoc enunciabile se nihil desinere scire. So. prima est vera. ⁊ pbatio tenet. s̃ improbatio peccat a s̃m q̃d ad simpl'r. inferendo sic. sortes nihil desinit scire. ergo nõ desinit scire hoc enũciabile se nihil desinere scire. qꝛ sciendo hoc enunciabile vl' aliq̃. nõ est nisi ꝙ ip̃e sciat alia tria enunciabilia. sed scire se cognoscere illa tria enunciabilia est tantũ scire p reflexionẽ ⁊ non auget scientiam. sicut si aliq̃s videat coloratũ. ⁊ videat se videre coloratum. nõ plura videt q̃ȝ videndo coloratũ tm̃. iõ arguit̃ a s̃m q̃d ad simpl'r. cũ infert̃ nihil desinit scire. ergo nõ desinit scire se nihil desinere scire. Circa suppositionẽ vero terminorũ cũ verbis p̃dictis sunt alique regule. Prima est ꝙ termini cões sequentes ista v̉ba incipit ⁊ desinit geminã habent suppõem. Rõ est. illa v̉ba ponunt affirmationẽ ⁊ negationẽ. in affirmatione eñi termini possunt habere suppositionẽ determinatã ⁊ simplicẽ in negatiõe v̉o cõfusam. vt cũ dr̃. sortes incipit esse hõ. sensus est. nunc est hõ. ⁊ prius nõ fuit hõ. in prima supponit homo simpl'r. in scd̃a vero distributiue. Scd̃a est ꝙ cũ istis verbis incipit ⁊ desinit. nõ vȝ argumentũ ab inferiori ad supius. nec econtra a pte p̃dicati. ⁊ hoc ꝓpter affirmationẽ ⁊ negationẽ quas important in sua expositione. gratia enim affirmationis nõ valet argumentũ a superiori ad inferius gratia vero negationis non valet argumentum econuerso. sicut nõ seq̃tur. sortes incipit esse bicubitus. ergo incipit esse quantus ⁊ econuerso nõ sequitur. sortes incipit esse quant⁹. ergo incipit esse tricubitus. s̃; vtroq; mõ cõmittit̃ falla. ↄñtis. vt dc̃m est. Et dicebat̃ notant̃ (ex pte p̃dicati) qꝛ ex pte subiecti talia v̉ba nõ hñt suppõem. iõ p̃tvalere argumentũ ab inferiori ad supius affirmatiue. vt econtra negatiue. vt homo incipit moueri. ergo aĩal incipit moueri. vel nullum animal incipit currere. ergo nec homo.

Circa p̃dicta q̃rit̃ de hoc sophismate. Sortes desinit esse nõ desinẽdo eẽ posito ꝙ sortes sit ĩ instanti mortis. Probatio. sortes nõ est desinendo eẽ ⁊ immediate prius fuit non desinendo esse. ergo desinit eẽ non desinendo esse. Contra. sortes desinit nõ desinendo esse. ergo sortes desinit esse dum non desinit esse. vel si non desinit. vel qꝛ nõ desinit esse. Nam gerũdiuȝ in do. terminatum hȝ resolui p dum. p si. vl' p qꝛ. sicut ablatiuus absolute positus. sed vtrunq; est falsum. ergo et sophisma. Solutio. prima est duplex. eo ꝙ hec determinatio non desinendo esse potest determinare hoc verbuȝ desinit. vel hoc verbum esse. si determinat hoc v̉bum desinit sic ẽ falsa. q̃a opposita ponunt̃ simul circa idem. s. desitio ⁊ priuatio desitionis. ⁊ sic tenet improbatio. Si aũt determinet hoc verbum esse. sic eẽt vera. qꝛ sensus est ꝙ sortes desinit esse nõ desinendo esse vel desinit habere esse indeficiens. vñ licet non desinit esse. desinit tamen esse simpliciter tale. s. indeficiens vl' sine desitione. qꝛ de cetero non habet tale esse. sed habet esse deficiens. p̃mo modo est composita ⁊ falsa. secundo modo est diuisa ⁊ vera. vnde ibi est fallacia compositiõis. Item regula est quotienscunq; hmõi v̉ba. s. incipit ⁊ desinit adduntur termino habenti in se suppõnem ⁊ accidens siue substantiaȝ ⁊ formã accidentalem duplex est locutio. eo ꝙ potest notari inceptio vel desitio respectu subiecti. vel respectu accidentis. vt plato incipit esse albus. potest intelligi. vel ꝙ incipit esse simplicit̃. vel ꝙ incipit esse

albus. qđ est accidentale.
Queritur de hoc sophismate. Plato incipit esse alter istoꝝ posito ꝙ pla
to fuerit post ꝛ sortes de nouo incipiat esse. Probatio. plato est alter istoꝝ
ꝛ ante non fuit alter istoꝝ. ergo est vera. Contra. plato incipit esse alter
istorū. ergo incipit esse plato vel sortes. qꝛ nullus est alter istorum nisi sor
tes et plato. sed non incipit esse plato. qꝛ prius fuit plato. nec incipit esse
sortes. qꝛ sūt disparata. ꝑ prima est falsa. Solutio. prima est duplex. eo ꝙ
in hoc termino alter duo sunt. s. suppositum in quo est accidens. ꝛ ipsū ac
cidens quod est alteritas. ideo potest negari inceptio hoc quod est potest
esse alter quantum ad suppōnem. vel quantū ad accidens. si q̄tum ad sup
positionem sic est falsa. ꝛ tenet improbatio. qꝛ sensus est. plato incipit esse
alter istorum. hoc est. incipit esse plato vel sortes. si q̄tum ad accidens. sic
est vera. vt probatur. ꝛ est sensus. plato incipit esse alter istorum. hoc ē in
cipit esse sub alleritate istorum. licet esse platonis non simpliciter incipiat
tamen incipit esse sub alteritate. ꝛ hoc modo est fallacia accidentis in im
probatione. ꝛ primo modo improbatio tenet. Unde vniuersaliter in quali
bet distinctione bona soluente sophismata in sensu in quo conceditᷣ eē ve
ra. probatio est vera. ꝛ improbatio peccat. ꝛ econtra. ꝛ semꝑ est verū ī vno
sensu. ꝛ falsum in reliquo.

Sequitᷣ de necessario.

Habito de his verbis incipit ꝛ desinit. ꝯñr dicendū est de hac dictio
ne necessario. Primo videndum est quid sit necessarium. ꝛ quot mo
dis dicitur. ꝛ qualiter variat sensum ꝓpositionis. Dicitᷣ autem necessariū
ens impossibile aliter se habere ꝛ impossibile mutari. qꝛ mutari est alter se
habere nunc q̄ prius. ergo necessarium est impossibile mutari. sed ens im
possibile mutari est semper ens. ideo necessarium est quod est semper ens
ꝛ sic est sempiternum vel eternum. vnde necessarium includit ens vt sub
iectum vel materiale. ꝛ immobilitatem vt formale. Necessarium autē du
plex dicitᷣ. nam aliquod dicitᷣ necessarium simpliciter. vt deū esse est sim
pliciterᷣ necessariū. Alio mō dᷓ necessariū ex suppōe alicuiꝰ. ꝛ sic dᷓ respecti
ue. vt necessariū est hominē habere nauē nō simplr. ꝫ supposito ꝙ debeat
nauigare. ꝛ istud necessariū sumitᷣ ex pte cause finalis. q̄ est causa posteri
or suo effectu in essendo. lꝫ nō in causando. Sꝫ nc̄cariū absolute in rebus
creatis sumitᷣ ex alijs causis priorībꝰ. ꝛ sunt tres modi eius ꝫm tres alias
causas. Prīo est aliq̄d necessariū ex pte cause efficientis vl' necessitate na
turali. vt necesse est terrā calefactā desiccari. vel necessitate violenta. vt ne
cesse est velum pcussum moueri. Alioꝰ est necessariū ex pte materie. vt nece
est mixtū ex cōtrarijs cōpositū corrūpi. Alio mō est necesse ex pte forme. vt
necesse est habens aīam rōnalē eē hoīem. Et in oībus istis modis necessa
riū est aliquo mō impossibile aliter se habere. vel simplr. vl' ex suppōne. ta
le aūt necessariū est q̄daꝫ modꝰ entis. q̄ se hꝫ vt determinatio illiꝰ cui ad
ditur. Et potest determinare tria ꝫm ordinem. s. cōpositionē ꝓpōnis. com
positionē cōceptū intellectꝰ ꝛ eē. quod est in re. inq̄tum ista tria se habēt
ꝑ ordinē. vt signum ꝛ signatum. ꝛ ꝑ modū vniꝰ determinabilis. Nā ora
tio ꝫcat cōpositionē q̄ est in intellectu. ꝛ cōpositio intellectus ꝫcat eē qđ
est in re. vt dicendo homo est necessario animal. designatur ꝙ ista oīs hō

est aĩal est nccãria. ⁊ nccĩtas cõpõis q̃ est in intellectu. ⁊ qd̃ est esse aĩal necessario est in homine. ⁊ p̃t nccãriũ qñqꝫ dicere necessariã habitudinẽ p̃dicati ad subiectũ ⁊ sic dic̃ necessitatẽ cõsequẽtis. vt hoĩem esse aĩal ẽ nccãrium. qñqꝫ vero dicit necessariã habitudinẽ añtis ad cõsequens. vt necesse est hoĩez moueri si currat. ⁊ sic dicit necessitatẽ ꝯsequẽtie. Et vterqꝫ mod⁹ nccĩtatis p̃t vno mõ attendi inter res determinatas. ⁊ sic ptinet ad sciam demõstratiuã. Alio mõ inter intentiões cões. ⁊ sic ptinet ad dyalecticũ. vt cũ dr̃ hõ est risibilis. ergo animal est risibile. Uel põt attendi nccĩtas cõseqñtie ex habitudine illarũ rerũ determinatarũ put scz aĩal includit̃ in hoĩe. ⁊ sic ptinet ad phisicũ. Alio mõ ex cõmuni habitudine intẽtionũ. s. spẽi ad genus. rõne cui⁹ oẽ qd̃ p̃dicat̃ de specie etiã p̃dicat̃ de genere. ⁊ sic causat syllm̃ dyalecticũ. tñ est eadẽ necessitas q̃ explicat̃ in vtroqꝫ mõ. sed in p̃rio modo determinate ⁊ secundo mõ cõfuse. q2 nõ solũ inter hoĩem ⁊ aĩal. sed etiam in multis alijs repitur habitudo spẽi ad genus. Differunt tñ nccãrium ⁊ necesse ⁊ necessario. q2 necessariũ dicit immutabilitatẽ nominaliter ideo est modus nominalis. ⁊ determinat cõpositionẽ noĩaliter acceptam Alia vero immutabilitatẽ dicũt verbaliter. q̃ iterũ differũt. q2 necesse cõmuniter addit̃ huic v̱bo est. vt sortẽ currere est necesse. alterũ v̱o addit̃ alijs verbis. vt sortes currit necessario.

Sequit̃ de hac dictione contingens.

Contingens v̱o in cõi dr̃ omne illud qd̃ est possibile esse. ⁊ hoc mõ cõuertit̃ cũ possibili. ⁊ diuidit̃ p cõtingens nccãriũ ⁊ nõ necessariũ. Cõtingens necessariũ est illud qd̃ est ⁊ nõ potest nõ esse. vt hoĩem esse aĩal. de de quo dc̃m est sicut de necessario. Contingens ad vtrũlibet est qd̃ põt eẽ ⁊ nõ esse. vt hoĩem sedere aĩal currere. ⁊ tale dr̃ cõtingens ad vtrũlibet. eo q̧ se hz ad vtrunqꝫ oppositorũ. qd̃ iterũ diuidit̃ p cõtingens natũ contingens rarũ. ⁊ contingens infinitũ. Contingens natũ est qd̃ magis põt esse q̃ nõ esse. vt hominem canescere in senectute. ⁊ dicitur contingens natum quia naturalem habet habitudinem ad esse. Sed contingens rarum ẽ qd̃ magis potest non esse q̃ esse. vt hominẽ canescere in iuuentute. qd̃ dr̃ rarum quia raro euenit. Cõtingens infinitum est quod potest equaliter esse ⁊ non esse. vt hominẽ cras currere. ⁊ dicitur infinitũ quia non est determinatum ad aliquã ptem cõtradictionis. sed p suã cãm determinatur ad vnũ Et quandoqꝫ dicitur contingens ad vtrumlibet p̄prie dictum. q2 se habet eq̃liter ad vtramlibet cõtradictoriarũ. s. ad esse ⁊ ad nõ esse. Hec aũt diuisio non est diuisio generis in suas spẽs. sed est analogi in sua analogata. q2 diuisum s̄m pri⁹ et posterius dr̃ de membris diuidentib⁹. Et silr̃ dc̃m ẽ de (p̃cedẽtib⁹ diuisiõibus.

Querit̃ de h̃ sophismate. Oĩs hõ de nccĩtate est aĩal. Probatio. hec p̄põ hõ ẽ aĩal est v̱a. ergo ip̃a modificata mõ nccĩtatis erit vera. ergo ipsa est vera. Contra. oĩs hõ nccãrio est aĩal. sortes est hõ. ergo sortes necessario est aĩal. ergo sortes necessario est. sz hec est falsa. ergo illa ex q̃ sequit̃. Solutio. prima ẽ vera simplr̃. Ad improbationẽ dr̃. q̧ ibi est fallã a s̄m q̇d ad simplr̃. q2 cũ dr̃. sortes necessario est aĩal. ibi copulat̃ esse essentiale. qd̃ est esse s̄m q̇d. sed cuz dr̃ sortes de necessitate est. ibi copulat̃ esse actuale. qd̃ est esse simpliciter respectu ipsius esse essentialis.

Querit̃ de hoc sophismate. Anima antichristi necessario erit. Probatio

anima aňxp̄i erit. supposito ꝙ tp̄e sit futur⁹. ꝛ qñ erit necessario erit. ꝙ pri‑
ma est vera. Contra. anima antichristi necessario erit. ꝙ animā antichristi
esse est necessariū. qđ ē falsum. quoniā antichristū esse est contingens. quare
re ꝛ animā eius. Solutio. prima est falsa. ꝛ tenet improbatio. Sed ꝓba‑
tio peccat ſm q̄d ad simpliciter. qꝛ cum đr anima antichristi qñ erit neces‑
sario erit. ibi ponit̄ necessariū ex suppositione. qđ est necessariū ſm q̄d. et
cū infertur ꝙ anima antichristi necessario erit. ponit̄ necessitas absoluta ꝛ
simpliciter. iō cōclusio nō sequit̄. sicut non sequit̄ sortes dū sedet necessa‑
rio sedet. ergo sortes necessario sedet. sed arguit̄ a ſm quid ad simpliciter
Si tñ in sopismate ly necessario diceret necessitatē ex suppositione. sic ꝙ
esset sensus. anima antichristi dū erit necessario erit. sophisma potest esse
verum. Et qꝛ omne analogū ꝑ se positum sumitur pro principaliori suo si‑
gnificato. ideo necessario ibi dicit necessitatem simplititer. Silr̄ si necessa‑
rio determinaret p̄dicatū ſm se. ita ꝙ esset sensus. anima antichristi neces‑
sa. .. erit. i. erit ens necessariū. sophisma p̄t esse verū. ſ; qꝛ necessario de vi
sermonis h; determinare cōpositionē ꝛ non p̄dicatū ſm se. iō de illo sensu
nō est curandū. Ad videndū aūt .. aliter dicti mōi determinent ꝯpōnem
orationis q̄dam dantur regule. Prima est contingens ꝛ possibile ampli‑
ant cōpositionem orationis ad presens ꝛ futurū. Ratio est. qꝛ vtrūq; illo‑
rum dicit cōpositionē ad potentiā vel possibilitatem. q̄ potentia se extēdit
ad presens ꝛ futurū. ꝛ nō ad p̄teritū. qꝛ ad p̄teritum nulla est potentia. Ex
ista regula sequit̄ ꝙ cōtingens ꝛ possibile . mpliant subiectū ꝯpōis ad stā‑
dū ꝓ suppositis p̄ntib⁹ ꝛ futuris. eo ꝙ ampliata ꝯpōe silr̄ extrema ꝯpōis
ampliant̄. Et qꝛ dicti modi ampliant ꝯpōnem ad p̄ns ꝛ ad futurū. iō am‑
pliant subiectū si sit ampliabile ad supposita p̄ntia ꝛ futura. Scđa regula
est. nccāriū ampliat ꝯpōem ad oīe tp̄s affirmatiue. ꝛ impossibile ad oīe
tp̄s negatiue. Rō est. qꝛ necessariū đr qđ est sp̄ ens. ꝛ impossibile qđ est sp̄
nō ens. S; ꝑ hoc qđ đr (sp̄) designat̄ oīe tp̄s. iō cū đr sp̄ ens. ponit̄ oīe
tp̄s affirmatiue. ꝛ cū hoc qđ đr. sp̄ nō ens ponit̄ omne tp̄s negatiue. Ex isto
sequit̄ ꝙ nccāriū ꝛ impossibile ampliant extrema ꝯpōis ad standū ꝓ oīni
tp̄e. ꝛ ex cōseq̄dēti ampliāt ad supposita cuiuslibet tp̄is. eo ꝙ ampliāt a cō‑
positione. silr̄ ampliant extrema ꝯpōis. vt cū đr. oīs hō necessario ē aīal
ibi hō ꝛ aīal ampliant̄ ad p̄ns. p̄teritū ꝛ futurū. Ex dictis regulis sequit̄.
ꝙ cōtingens nccāriū ꝛ impossibile drn̄t. ꝛ diuersis rōnib⁹ ampliant ꝯpōem
ꝯpōnis. qꝛ cōtingens ampliat grā potentialitatis ꝛ impfectionis quā im‑
portat. Nccāriū ꝟo rōe actualitatis quā dicit inquātū est sp̄ ens. Impossi‑
bile ꝟo rōe p̄uatiōis potentialitatis ꝛ etiā actualitatis quā iportat. Nā ipos‑
sibile p̄mo negat potēm. scđo ꝟo actū q̄ p̄supponit possibilitatem. iō im‑
possibile opponit̄ tā possibili q̄3 nccārio. Scđo sequit̄ ꝙ p̄dicti modi sunt
dcōes sincathegorematice. Rō est. qꝛ determināt cōpōem ampliādo ipsam
vt dcm̄ est. iō sunt dispōes p̄dicati inq̄ztu; p̄dicatum est. Duplices eī sūt
dispōes subiecti aut p̄dicati. qꝛ subiectū ꝛ p̄dicatū vno mō sumunt̄ ꝓ illo
qđ est subiectū ꝛ ꝓ illo qđ est p̄dicatū. Alio mō ꝓ subiecto inq̄ztum subie‑
ctū. ꝛ ꝓ p̄dicato inq̄ztū p̄dicatū. Ita q̄dā sunt dispōnes subiecti ꝛ p̄dicati
ſm id qđ sc̄. Alie sc̄ dispōes subiecti ꝛ p̄dicati ſm rōem subiecti ꝛ p̄dicati.
vt cū đr. oīs equ⁹ albus nccārio currit velociter, ibi alb⁹ ꝛ velocicer sunt

diſpõnes illiꝰ qꝺ ē ſbiectū. ⁊ illiꝰ qꝺ ē ꝓdicatū. ⁊ tales ñ ſūt ſyncathego-
remata neqꝫ denoīant ꝓpõnem. nõ tñ dꝛ ꝓpõ alba vel velox. ſ; oīs ⁊ ne-
ceſſario. ſūt diſpões reſpectīe. ſ. ſbiecti inqꝫtū ſubiectū. ⁊ ꝓdicati īquantū
ꝓdicatū. iõ ſūt dcões ſyncathegorematice. ⁊ tales denoīant ꝓpões a pte
ſbiecti. cū ab eis dicat̃ ꝓpõ vlis pticularis. īdiffinita vl' ſingularis. ſed di
ſpões ꝓdicati īqꝫtū ꝓdicatū denoīant ipꝫ a pte q̄litatis. cū ab ipis dicat̃
ꝓpõ affirmatīa vl' negatīa. modal' vl' de ineē. qꝛ ab affirmatõne ꝓdicati dꝛ
affirmatīa. ⁊ a negatõe eiꝰ dr̃ negatīa. ⁊ a mõ determināte ꝯpõꝫ ꝓpõis dꝛ
modal'. ⁊ a ſola īherētia ꝓdicati cū ſubiecto dꝛ ꝓpõ de ineē. Et circa ꝯuer
ſiones dcāꝝ ꝓpõnū ſūt ponēde q̄dā regule. Pria ē. oīs ꝓpõ de neccio et
poſſibili. ⁊ oīs de ꝯtingenti neccio. ⁊ de ꝯtigenti de poſſibili tā affirmatīe
qꝫ negatīe dñt eodē mõ ꝯuerti ſic̃ ille de ineē. ſ. vlis negatīa ⁊ pticularis
affirmatīa ſimpl'r. ⁊ vlis affirmatīa ñ ſimpl'r. ſ; ꝑ accñs. ⁊ pticularis nega
tiua ñ ꝑt ꝯuerti ī termis. Tñ ē ītelligēdū ꝙ ꝓdce ꝓpões ñ ꝯuertūt̃ ſm ſe
totas. eo ꝙ ī modalibꝰ ſp modꝰ ꝓdicat̃. ſ; ꝯuertūt̃ q̄ ad dcm̄. faciēdo de
ſubiecto dicti ꝓdicatū. ⁊ ecõtra. vt nullū hoīem eē lapidē ē ncce. ergo nullū
lapidē eē hoīem ē neceſſe. Alia regl'a ē. ꝙ oēs ꝓpõnes de ꝯtingēti nõ ne-
ceſſarito tā affirmatīe qꝫ negatīe pñt cõuerti ī oppoſitā q̄litatē. Rõ eſt. qꝛ
tales ꝓpõnes cõtingētes ſicut pñt eē. ita pñt ñ eē. vt ſi cõtigit oēꝫ hoīeꝫ
eē albū. etiā cõtigit nullū hoīeꝫ eē albū. ⁊ hoc ē ꝯuertere ī oppoſitā q̄lita
tē q̄ñ ad affirmatiuā vl' negatiuā ſeq̄t̃ alia oppoſite q̄litatis. Tñ differē-
ter fit iſta cõuerſio ſ;ꝫ diuerſos modos cõtigētis. qꝛ ꝓpõ de contingēti īfi
nito cõuertit̃ ī aliā de eodē cõtigenti. ſ; illa de contingēti nato ꝯuertit̃ ī
vnā de contingenti raro ⁊ de contingēti raro ī cõtingēs natū. vt cõtigit
aliquē hoīem caneſcere ī ſenectute. ergo cõtigit aliquē hoīem ñ caneſcere in
ſenectute. Alia regula ē. ꝓpões de cõtingēti ñ neccio affirmatiue ſil'r ꝯuer
tunt̃ ī termis ſicut ille de ineē. negatīe vero ñ. qꝛ vlis negatīa ñ conuertit̃
ſimpl'r eo ꝙ ad vl'em affirmatiuā ſeq̄t̃ vlis negatīa ꝯuertēdo illā ī oppo
ſitā q̄litatē. ⁊ ſi iſta negatīa cõuertat̃ ſimpl'r ī vl'em negatiuā. iteꝝ ad illā
negatiuā ſeq̄t̃ vlis affirmatīa ſm oppoſitā q̄litatē. ergo de prio ad vltimum
ad vl'em affirmatiuā ſeq̄ret̃ vlis affirmatīa. ⁊ ſic argueret̃ a ñ diſtributo
ad diſtributū. ſ; pticularis negatīa de tali cõtigēti cõuertit̃ ſimpl'r. qꝛ eq̄-
pollet pticulari affirmatīe. q̄ cõuertit̃ ſimpl'r. Alia regula ē ꝓpões de im
poſſibili dñt eodē mõ cõuerti ſicut ille de neccario. cū quibꝰ ſūt equalētes

Circa ꝓdcā q̄rit̃ de hoc ſophiſmate. Si ſortes neccario ē mortal' neceſſa
rio ē īmortal'. Probatio. ſi ſortes ē mortal'. ſortes neccario ē aliq̄lis. et ſi
ſortes ē neccario aliq̄lis. ſortes neccario ē īmortal'. ergo de prio ad vltimuꝫ. ſi
ſortes neceſſario ē mortal'. ſortes neceſſario ē īmortal'. Cõtra. ibi ſequit̃
oppoſitū ad oppoſitū. ergo locutio ē īpoſſibil'. Solu. añs illiꝰ cõditõnalis ē
dupl'r. ſ. ſortes neccario ē mortal'. qꝛ hec dcõ neccario. vno mõ ꝑt determīa
re ꝯpõem. ⁊ tūc ē ſenſus. hec ꝓpõ ſortes ē mortal' ē neccaria. Alioº ꝑt de-
termīare ꝓdicatū ⁊ hoc dupl'r. vnoº ꝑt determīare ꝓdicatū ex pte aptitu
dinis. quā importat. ⁊ ſic eſt ſenſus. ſortes hꝫ neceſſariā hītudinē vl' apti
tudinē ad mori. Alio mõ ꝑt determīare ꝓdicatū rõne actꝰ ad quē dic̃ ap-
titudinē. ⁊ ſic ē ſenſus. ſortes hꝫ aptitudinē vt neceſſario moriat̃. In du
obꝰ primis ſenſibꝰ añs prīe ꝯditõnal' ē īpoſſibile ⁊ ſeq̄t̃ cõſequēs. Iteꝫ

istis duob⁹ modis sophisma ē verꝫ. ⁊ n̄ sequit̄ oppositū ad oppositū. ꝯ se
ꝗtur vna ps ꝯditōnis ad ānˢ qd̄ ꝯcludit ambas simꝉ. Sed in tercio sensū
ānˢ ē verꝫ. ⁊ n̄ seqt̄ ꝯn̄s. iō sophisma ē fłm̄ ⁊ tꝫ ip̄robatio. Ad probatōez
dr̄. ꝙ n̄ sequit̄ sortes nccārio ē imortaꝉ. ꝯ necessario ē aliqlis. qꝛ n̄ sequit̄
sortes mouet̄ de necessitate. ꝯ sortes nccārio ē aliqlis. ⁊ sic ē ibi fallacia
a ꝭm qd ad simpꝉr. Itē posito casu ꝙ sint tres aīe q̄ sp̄ maneant iuste et
creet̄ vna iniusta. tūc q̄rit̄ de hoc sophismate. Ois aīa necessario ē iusta.
Probatio. hec aīa necessario ē iusta. ⁊ ista ⁊ illa. ⁊ nō sūt plꝛes. qꝛ illa que
cras erit nondū est. ꝯ ois aīa necessario ē iusta. Cōtra ois aīa ē iusta hec
ꝓpō cras erit falsa. ꝯ apposito mō necessitatis ē falsa. Solū. p̄ria ē dupꝉx
qꝛ vno mō p̄t intelligi cū restrictōe subiecti ad p̄ntes aīas. vt sit sensus
ois aīa q̄ nūc ē necessario est iusta. ⁊ sic ē vera. Alio modo potest intelli
gi sine restrictōe subiecti. ⁊ sic est falsa. vtꝫ ꝑ improbatōꝫ. intelligendo tm̄
ꝙ necessario determinet cōpōnem. Ex p̄dictis p̄nt cognosci sensus propo
sitionū in quib⁹ dicti modi ponūtur. qꝛ dcm̄ ē q̄liter illi modi p̄nt amplia
re ꝯpōnem. ⁊ ꝑ hoc variare sensum ꝓpōnum de ineē. Tamē circa hoc no
tande sunt q̄dā regule. Pria est q̄ñcūqꝫ due determinatōnes ꝯpositōis
ponunt̄ in eadē locutōe duplex ē locutio. eo ꝙ vna p̄t eē determiatio al
teri⁹ vel ecōtra. vt sortes nō currit nccārio. ista ē dupꝉx. eo ꝙ negatio pōt
determiare necessitatē vel necessitas p̄t cadere supra negatōꝫ. vtꝫ de ista
sortes nō currit cōtingēter. Secūda regula. q̄tiēscūqꝫ illa dcō necessario
ponit̄ i ꝯn̄te alicui⁹ conditōnalis duplex ē oīo. vt si sortes currit neces
sario mouet̄. eo ꝙ p̄t dicere necessitatē ꝯn̄e. ⁊ tūc sensus ē. si sortes cur
rit seqt̄ necessario ꝙ moueat̄. Vel p̄t dicere necessitatē ꝓpōnis. q̄ est ꝯn̄s
⁊ tunc est sensus. si sortes currit hec ꝓpō est necessaria. sortes mouet̄. qd̄
est fłm̄. Alia regula ē. q̄tiēscūqꝫ hec dictio necessario ponit̄ in ꝓpōne dis
iunctiua ꝯrioꝝ immediatoꝝ vel ꝯdictorioꝝ duplex est oīo. eo ꝙ p̄t dice
re necessitatē disiunctiuoꝝ vel necessitatē ꝑtiū disiūctiuaꝝ. vt sortes cur
rit necessario cras curret vel nō curret. Alia regula ē. quotienscunqꝫ hoc
verbū cōtingit adiūgit̄ terminis accidentib⁹ duplex ē oīo. eo ꝙ p̄t dice
re contingentiā p̄dicati ⁊ nō s̄biecti vel p̄t dicere contingentiaꝫ vtriusqꝫ
vt oē albū contigit currere. si dicat contingentiā p̄dicati tm̄. sensus ē. oē
qd̄ ē albū contingit currere. si aūt dicat contingentiā vtriusqꝫ sensus est
oē qd̄ contingit eē albū contingit currere. ⁊ sic iplicat̄ mod⁹ ad subiectū
ideo distinguit aresto. in primo priorum. omne. b. contingit esse. a. quia
vno modo sensus est. omne quod est. b. contingit esse. a. alio modo sen
sus est. omne quod contingit esse. b. contingit esse a. ⁊c̄.

Sequitur de coniunctione.

Abito de necessario et contingenti. consequenter dicendum est de
hac coniunctione an. Genera coniūctionum plura sunt. quedā sūt
genera dubitatiue ꝭm Priscianum. vt an vtrum. ne. ⁊ hoc genus con
iūctōis ꝯp̄hēdit donat⁹ sub disiunctis. Sed omissis alijs iterrogatīs ⁊
dubitatīs de hac ꝯiūctōe an ē p̄n̄s ītētio. q̄ eadē ꝭꝫ s̄bꝫ differens tm̄ ꝭm

rōnem exercet tres actꝰ. q̄ sunt dubitare. interrogare. ꝛ disiungere. ꝛ ƀm h̄
est diuersarū spēꝝ cōiunctionis. qꝛ ƀm ꝙ disiungit tūc cōtinet̄ sub spē dis-
iunctiua. ꝛ sub eadē ƀm ꝙ ꝑ eā interrogamus. ƀm aūt ꝙ ꝑ eā dubitamꝰ cō
tinet̄ sub spē disiunctiua dubitatiua. Et inter hos actus disiungere ꝑ priꝰ
sibi cōuenit. ꝛ ꝑ posterius esse interrogatiuā ꝛ dubitatiuā. qꝛ sp̄ disiungit.
sed non semꝑ dubitat vel interrogat. Aduertendū tn̄ ꝙ tripl'r contingit
dubitare. Q̄nqꝫ cōtingit dubitare de re ƀcata ꝑ nomē. siue ƀcet̄ ꝑ nomen
sub̄e. siue ꝑ nomen accn̄tis. ꝛ de hmōi querit̄ ꝑ ꝓnoīa interrogatiua. vt q̄s
queꝫ. q̄lis. q̄tus. ꝛ quotus ƀm diuersitatem sub̄e ꝛ eoꝝ q̄ accidūt substan
tie. Q̄nqꝫ eīn dubitat̄ de actu spēali. ꝛ tūc q̄rit̄ de ipso ꝑ hoc interrogati-
nū q̄d additū actui generali. vt q̄d agit rn̄det̄ sedet dormit disputat seu le
git. ꝛ his duobus modis querit̄ de re dubitatiua ꝑ noīa. Q̄nqꝫ eīn dubi-
tamus de his q̄ debent̄ actui. vt de causa actꝰ. vt cū legit. quare legit. vel
de tpe in quo fit actus. vt q̄n curret. vel de loco vbi facit. vnde venit. q̊ va
dit. quo transiuit. ꝛ de his querit̄ ꝑ aduerbia localia. Et sic pꝫ ꝙ de omni
bus dictis q̄ debent̄ actui q̄rit̄ ꝑ aduerbia. Q̄nqꝫ etiam dubitamꝰ de inhe
rentia vel cōpositione actus cum substantia. ꝛ tunc querimꝰ ꝑ cōiunctio-
nes interrogatiuas. ꝑ has. s. an. ne. vtrum. ꝛ sic de alijs. Et sic patet quo-
modo cōiunctiones interrogatiue in hoc differunt ab alijs. qꝛ querunt de
cōpōne actus cum substātia. Et hoc cōuenit istis tribꝰ. an. ne. vtrum. Dif-
ferūt tn̄ in hoc. qꝛ hec cōiunctio ne. magis se tenet cū actu. An vero ꝛ vtrū
magis cū substantia. vnde ne q̄rit de ꝯpōne ꝓpria inq̄ꝫtū est forma ꝑtis et
hꝫ modū actꝰ. An vero ꝛ vtrū inq̄ꝫtū est forma totiꝰ. ꝛ hꝫ modū substātie
Cuiꝰ signū est. qꝛ illud de quo querit̄ nō potest recipe supra se transitū al
terius actus. Illa vero de quo q̄runt̄ an ꝛ vtrū pn̄t. ꝛ eius cā est. qꝛ actus
nō transit nisi supra substantiā. vel h̄ns modū substantie. vnde nihil ē di-
ctū tu vides ne sortes currat. tn̄ d̄r tu vides an vel vtrū sortes currat. Alia
differentia. qꝛ ne semꝑ tenet̄ interrogatiue. An vero ꝛ vtruꝫ aliq̄n tenent̄
disiunctiue. vt ego bn̄ scio an vel vtrū plato legit vel non legit. Sed an et
vtrū differūt. qꝛ vtrū nō geminat̄ ꝑ se. sed exigit secū aliā cōiunctiuā. vt tu
scis vtrū sortes currat vel plato. sed an. ꝑ se pōt geminari sine altera cōiū-
ctione. vt tu scis an sortes currit an plato. De hac aūt cōiunctiōe an. talis
dat̄ regula. quotienscunqꝫ on semel ponit̄ in oratione disiungit inter con
tradictorie opposita. q̄n vero bis ponit̄ disiungit inter cōtraria immedia
ta. ꝛ exigit̄ veritas alteriꝰ ꝑtis disiunctiue determinate. ꝓpter q̄ȯ solet di
ci ꝙ oportet respondentē scire alterā ꝑtem determinate. qꝛ cum debet cer-
tificare interrogantē de questione debet esse magis certus q̄ꝫ interrogans
q̄ scit alteram ꝑtem in genere ꝛ in cōmuni. g̊ oportet respondentē alteraꝫ
ꝑtem scire determinate. Causa regule est ista quo ad primā ꝑtem. qꝛ in om
ni interrogatione supponit̄ aliquid in vl'i de quo q̄rit̄ in speciali. vt cū q̄-
ritur quis disputat supponit̄ aliquem disputare. de quo q̄rit̄ certificari in
speciali. quasi in hac interrogatione. scis tu an sortes currat aliquid ꝯmu
ne de quo q̄rit̄. nisi de altera tamen parte cōtradictionis q̄rit̄ de qua vult
certificari. qꝛ de illa est dubitatio. quare supponit̄ ꝑ interrogationē aliq̄d
cōmune ad illam. sed nihil est cōmune a ꝑte cōtradictionis nisi totum dis-
iunctū ad ambas ꝑtes cōtradictionis. qꝛ supponit̄ indisiunctum inter ꝑ-
tes contradictionis. sed non est nisi ꝑ hanc coniunctionē an. ergo hec cō-

